www.e-rara.ch

P. Ovidii Nasonis poetae Sulmonensis fastorum libri VI

Ovidius Naso, Publius

Basileae, anno 1550, mense Martio

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-133905

In Ibin

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

P. OVIDII NASONIS IN IBIN CARMEN, CVM DOMITII, ZAROTTI, ET MICYLLI COMMENTARIIS.

Tempus ad hoc lustris mihi iã bis quinq; peractis,
Omne fuit musæ carmen inerme meæ.
Nullaq;, quæ poſsit, ſcriptis tot millibus, extat
Littera Naſonis ſanguinolenta legi.
Nec quenquam noſtri, niſi me, læſere libelli,
Artificis periit cum caput arte ſua.
Vnus (& hoc ipſum eſt iniuria magna) perennen
Candoris titulum non ſinit eſſe mei.
Quiſquis is eſt (nam nomen adhuc uitiũq; tacebo)
Cogit inaſſuetas ſumere tela manus.

A DOM. ARgumentum carminis, eſt imprecatio, quia inimicum deuouet: quem Ibin appellat, non ut alij ſuſpicati ſunt, quod Ibis ciconia ſit fœda auis, quæ roſtro purget uentrem. id enim eſt ciconiæ. Ibis uerò Ægyptia tantum eſt, ut ſcribit Herodot. in ſecundo hiſtoriarum, duplici genere: altera nigra, cruribus gruum, roſtro maximè adunco, quæ aduerſus ſerpentes colitur: altera familiarior hominib. glabro capite, & collo, pennis candidis præter collum, & extremas partes alarum. Callimachum autem in hoc eſt imitatus, inſcriptione quoq; operis. Nam Callimachus Apollonium Rhodiũ, qui Argonautica ſcripſit, diris imprecationibus deuouit carmine elegiaco, B cum ille diſcipulus in ſuum præceptorem parũ pius fuiſſet: ut apud Suidã legimus. Apollonius autem, et Dionyſius Alexandrini quidẽ fuerunt, authore Strabone: ſed Rhodij dicti ſunt, quoniam Rhodi literis operã dediſſent. idem teſtatur Apollonij interpres. Cũ igitur Callimachus in illum inueheretur, per cõtemptum appellauit Ibin, quaſi auem Alexandrinam & Ægyptiam, ut ita indicaret eum eſſe Alexandrinum, quamuis Rhodius diceretur. Ibis itaq; inimicus ab Ouidio appellatur, nõ propter ullam auis ſimilitudinem, ſed imitatione tantum Callimachi: qui cur Ibin Apollonium dixerit, iam propoſuimus. Opus eſt C obſcurum remotis præſertim fabulis, non tam, ut lateat inimici nomen, quàm Callimachi imitatione, qui eodem ſtylo, & obſcuritate opus compoſuit, ut Suidas tradit, quod nunc imitatur Ouidius. Quis ſit hic inimicus Ouidij, nec ipſe uſquam aperuit, nec ab alijs deprehendi facile eſt: uxorem certè poetæ ſollicitabat, qua de cauſa exarſit hac carminis acerbitate, quod facturũ denunciauit in ultimo ſine titulo. Primum ſe cogi à moribus ſuis diſcedere, ut qui hactenus neminem læſerit, nunc cogatur maledicos uerſus in aduerſarium ſcribere. Tempus bis quinq; luſtris, quinquaginta annis. Luſtrum dixerunt latini ſpacium quinq; annorum, quod Græci ὀλυμπιάδα appellarunt, eam inſtituit Hercules Alcmenæ, ut Straboni placet. Pauſanias uerò ſcribit Pæonem, Epimedem, Iaſium, Idam, & Herculem fratres fuiſſe filios Cretæ ex Ida: Herculemq; maximum natu olympiadem inſtituiſſe quinq; annorum ſpacio à numero fratrum: nam quinq; erant omnes. Mulieribus non licebat olympica ſpectare. quæ lex ſancita eſt, cum Callipatira, ut alij ſcribunt, Pheronice filio uictore, illic ſaltans, ſaxum prodidiſſet. deprehenſæ deijciebantur Alpheo. plura Solinus de Olympiade. Tot ſcriptis millibus, ſcilicet uerſuum. Litera ſanguinolenta, carmen maledicum.

Niſi me læſere libelli: propter libros, quos compoſuit de arte amandi. Arte ſua, carmen querulum hoc. & eſt ſenſus: Hei, D quia libello de Arte amandi edito miſſus ſum in exilium, cauſa ſatis leuis. et illud Arte, alludit ad opus de Arte amãdi. ſiue ſimpliciter potes intelligere. Vnus, Ibis. Mei cãdoris, meæ æquitatis. E Titulum. A' tutando dicitur titulus, ut Varro, & Feſtus Pompeius docent. Tituli etiam milites appellabantur, quaſi tutuli, quod patriam tuerentur. & pronomen Titi hinc quoq; emanauit. Tela, imprecationes. Inaſſuetas manus: quia neminem præter Ibidem carmine offendit.

ZAR. Scripſit Ouidius in Ponto in Ibidem inuectiuam, cuius opuſculi argumentum perperam nonnulli interpretantur, cum Ouidium Callimachum poetam imitatum dicant, qui in Apolloniũ Rhodium diſcipulum inuectus eſt, quem Ibidem appellat, ut ipſum Alaxandrinum indicaret. nam Ibis Ægyptia auis eſt. quàm ſanè hoc deridendum ſit, quis tam indoctus eſt, omniſq; ueri iudicij expers, qui non intelligat? Dum argutuli quidam nouarum rerum, quæ nuſquã ſunt, indagatores noua cudere poſteritati uolunt, in ueterrima nimis, & à ueritate alieniſſima dilabuntur. F Dicant nobis hi nouatores quod dedecus, quæ'nam infamia Apollonio fuiſſet, ut Alexandrinus Callimacho diceretur? nonne ex Ægypto illuſtres habentur uiri doctrinis eruditi uarijs, ac excellentes? quæ etiam Apollonio uera indicatio ſub Ibidis nomine fuiſſet, cum non tantum in Ægypto huiuſmodi auium genus (teſte Plin.) reperiatur. Si igitur Apollonio Callimachus Ibidis nomen indidiſſet, ut eum tantum indicaret, non dubio, ſed notiori uocabulo apellaſſet: quæ'nam ergo relicta nobis ratio eſt, cur Ibidem Apollonium Callimachus appellauerit? hæc nempe, & eſt ſententia Vallæ præceptoris mei omnium doctiſſimi. Plinius libro octauo ſuæ naturalis hiſtoriæ de ibide hæc ſcribit: Volucris in Ægypto quæ uocatur Ibis, roſtri aduncitate per eam partem ſe proluens, qua reddi ciborum onera ſalubre maximè eſt. G Cum igitur tanta ſit huius ſpurcitas, ut proprio ore uentrẽ purget, quod eſt fœdiſſimum, ut ſpurciſſimum, ſi rem, non naturam ſpectes. hunc & in omni pudorẽ carentem, atq; elegantia primùm, quamuis ſe poſtea probabilem reddiderit, ingratiſſimum diſcipulum Callimachus oſtendit, Ibidem appellauit: nam & in ſermone incomptiſſimum Apollonium fuiſſe, eiuſq; bis à Criticis repudiatum opus, memorant, inde correctum acceptum, ut Quintilianus tradidit. ad cuius Ouidij imitationem inimicum quoq; ſuũ in hoc opere Ibidẽ uocitauit, utq; etiã hominẽ nullius decoris, et cõmoditatis ſignificaret. Huius aũt maledicentiæ cauſas has fuiſſe, ipſemet aperit: Sollicitabat uxorẽ Poetæ, dũ in Ponto exulabat, quidã: qui dũ fortuna Ouidio fuit, ab ipſo inter amicorũ numerũ cẽſebatur haud poſtremus: fracta aũt fortuna, fidẽ uiolare nõ puduit, linguæ uenena inſuſurrãs Auguſto, ut diutius in exilio ipſum remoraretur. quare laceſſitus has deprecationes, H deuotionesq; in ipſum perfidũ Ibidẽ cõpoſuit. quis uerò hic fuerit Ibis, à nobis deprehẽdi nõ poteſt, cũ ipſe nuſquã aperiat. Opus uidebis elegiaco metro paucis carminib. abſolutũ: ſed ſua cũ

fabula-

A fabularum, tum hiſtoriarum obſcuritate quàm longiſſimum, ad cuius iam expoſitionem deuenio. Tempus ad hoc luſtris. In hoc principio Ouid. auditorem attentum facit, docilem, & beneuolum, quod ab omnibus doctis obſeruari ſolet: ut inde lubentius opus legatur, idq; maximè ab Ouid. non fuit prætermittendum in carmine maledico, à quo omnes genere carminis ſolent abhorrere. & oſtendit nunquam antea in quenquam alium ſe inuectum, ut patebit. Tempus, à temperato tenore Solis, & Lunæ tempus Varro dici uoluit, eſſeq; interuallum mundi, & motus. Bis quinq; luſtris, quinquaginta annis: tot, cū hoc compoſuit opuſculū, natus erat annos. Luſtrū, quinquenniū, à luēdo, id eſt ſoluendo dictum, ut Varro aſſerit, quod quinto quoq; anno uectigalia, & ultro tributa per cenſores perſoluebantur. Liuius autem de Seruio Tullo loquens, ait: Ibi inſtructum exercitum omnem, ſue, oue, tauris luſtrauit, idq; conditum luſtrum appellatum, quia in cenſendo finis factus eſt. Græci huiuſmodi annorū ſpacium ὀλυμπιάδας appellant. Carmen interme, non maledicum. metaphoricè dictum. Sanguinolēta, maledica. Niſi me. nam miſſus ſum in exilio, libris de arte Amādi editis. Venus, Ibis. Mei candoris, meæ gratiæ & beneuolentiæ, erga omnes. Inaſſuetas, inhabiles carmine maledico. E

MICYL. Tempus ad hoc luſtris, &c.) Pauſaniæ locus, qui hic à Domitio citatur, ita ſe habet, κατὰ δὲ τὴν ἐς ὀλυμπίαν ὁδὸν, πρὶν ἢ διαβῆναι τὸν ἀλφειὸν, ἔστιν ὄρος ἐκ σκιλλοῦντος ἐρχομένῳ, πέτραις ὑψηλαῖς ἀπότομον. ὀνομάζεται δὲ τυπαῖον τὸ ὄρος, κατὰ τούτου τὰς γυναῖκας ἠλείοις ἐστὶν ὠθεῖν νόμος, ἢν φωραθῶσιν ἐς τὸν ἀγῶνα ἐλθοῦσαι τὸν ὀλυμπιακὸν, ἢ καὶ ὅλως ἐν ταῖς ἀπειρημέναις σφισὶν ἡμέραις διαβᾶσαι τὸν ἀλφειόν. οὐ μὴν οὐδὲ ἁλῶναι λέγουσιν οὐδεμίαν, ὅτι μὴ καλλιπάτειραν μόνην. εἰσὶ δὲ οἱ τὴν αὐτὴν ταύτην φορνίκην, καὶ καλλιπάτειραν καλοῦσιν, αὕτη προαποθανόντος αὐτῇ τοῦ ἀνδρὸς, ἐξεικάσασα αὐτὴν τὰ πάντα ἀνδρὶ γυμναστῇ ἤγαγεν ἐς ὀλυμπίαν μαχούμενον. νικῶντος δὲ τοῦ πεισιρόδου, τὸ ἔρυμα ἐν ᾧ τοὺς γυμναστὰς ἔχουσιν ἀπειλημμένους, τοῦτο ὑπερπηδῶσα ἡ καλλιπάτειρα ἐγυμνώθη. φωραθείσης δὲ ὅτι εἴη γυνὴ, καὶ ταύτην ἀφιᾶσιν ἀζήμιον, καὶ τῷ πατρὶ καὶ ἀδελφοῖς αὐτῆς, καὶ τῷ παιδὶ αἰδῶ νέμοντες. ὑπῆρχον δὲ ἅπασιν αὐτοῖς ὀλυμπιακαὶ νῖκαι. ἐποίησαν δὲ νόμον ἐς τὸ ἔπειτα ἐπὶ τοῖς γυμνασταῖς, γυμνοὺς σφᾶς ἐς τὸν ἀγῶνα ἀποδύεσθαι, etc. Ex his igitur uerbis facilè apparet, quid hic Domitius uoluerit, & quantum à uero ſenſu idem aberrarit. locus eſt in Eliacis prioribus.

Ille relegatum gelidos Aquilonis ad * ortus,
Non ſinit exilio delituiſſe meo.
Vulneraq; immitis requiem quærentia uexat:
Iactat & in toto †uerba canina foro:
Perpetuoq; mihi ſociatam fœdere lecti,
Non patitur miſeri funera flere uiri.
Cumq; ego quaſſa meæ complectar mēbra carinæ,
Naufragij tabulas pugnat habere mei,
Et qui debuerat ſubitas extinguere flammas,
Hic prędam medio raptor ab igne petit,
Nititur ut profugæ deſint alimenta ſenectæ,
Heu, quanto noſtris dignior ille malis.
Dij melius, quorum longe mihi maximus ille eſt,
Qui noſtras inopes noluit eſſe uias.
Huic igitur meritas grates, *utcunq; licebit,
Pro tam manſueto pectore ſemper agam.
Audiet *hæc Pontus, faciet quoq; forſitan idem,
Terra ſit ut propior teſtificanda mihi.

* Arctos. † nomina noſtra. * ubicunque. * hoc.

B DOMI. Relegatum, in exiliū miſſum. Gelidos arctos, ſiue gelidos ortus, utrumq; bene: & ſeptentrionem denotat, ubi intentiſſima ſunt frigora, ac perpetuæ niues: ἄρκτος græcè, latinè urſa dicitur. Duplex eſt autē arctos, maior et minor: ambo in ſeptentrione: de quibus multa refert Hyginus, ac Aratus. Si uerò legas ortus, totidem ueteres uentos fecere, quot & cœli regiones. C unde & Homerus quatuor tantum uentos nominat, à quatuor cœli partibus: poſteriores autem plures fecere, ut in ſequenti figura oſtenditur. Vulnera, exilij mei. Verba canina, maledica dicuntur à rabie canis, cuius morſu ſaxa feriuntur, ut ſcribit Plinius: unde prouerbium ductum eſt, Mordere lapidem: & mordere, pro carpere, tractum eſt ab eiuſdem animalis morſu. Foro. Forum dictum eſt, ut Varroni placet, quòd controuerſiæ & res uenales illuc ferantur. Idem macellum dicebatur ab obſonijs, quæ uendebantur illic. nam Iones hoſtia hortorum Macellotas appellant. alij à Macello, cuius damnati horti, uel domus uendendis obſonijs aperta ſit. Forum hic accipit pro conuentu hominum, in forum conuenientium. Funera, calamitatem. Non patitur, nam eam alijs curis afficit. Tabulas. Bona ſua appellat tabulas naufragij, hoc eſt, reliquias exilij, quas impius inimicus ſubripere tentabat. Habere, ſubripere. Sunt etiam qui intellexerint tabulas naufragij uxorem, quod non placet. Extinguere ſubitas flammas. id eſt, ferre opem exilio meo, quemadmodum alij accurrunt ad incendium domo- D rū. Raptor. Raptores dicuntur, qui ui ſubripiunt aliquid contra fas. Dij melius. In inuidiam adducit inimicum. dij melius agunt mecum. Ille, Auguſtus. Noſtras uias, exilium. nam bona non abſtulit, ut alibi etiam ſcribit. Agam grates. Poeticum eſt. nam oratorum, Agam gratias. F Pontus, prouincia nobilis crudelitate Medeæ, & ueneficis herbis, à Ponto rege nomen accepit. Pontus mare dicitur à ποντίζω, quod ſignificat mergo. Pontus locus exilij mei. Vaticinatur ſe ſcripturū eſſe, quod in exilio ſcripſit de triūpho Cæſaris. Idē, Auguſtus. Teſtificanda, numeranda inter beneficia.

ZAR. Relegatum, præſcriptis finibus in exilium miſſum. Vexat: diſtrahit, moleſtia afficit. à uehendo uexare uerbum deducitur. G iſq; dicitur uexari, qui ui atq; motu ultro citroq; uehitur. & eſt plus quàm uehi, ſicuti quaſſari, plus quàm quati: taxari, plus quàm tangi, & mille alia. autor Gellius. Iactat, immoderatè profuſeq; obloquitur. Verba c. quare uerba canina, ipſe paulo pòſt oſtēdit. ſumptū etiam uideri poteſt à rabidis canibus, quorū rabies, Syrio ardente (teſte Plin.) homini mortifera eſt. Foro. Forū, ut tradit Feſt. ſex modis intelligitur: pro loco negociatiōis hic accipe. Sociatam. Vxorem dicit, quam ad extremum uſq; diem approbauit, ſuorumq; fecit conſiliorum participem. notiſſima differentia inter ſocium, comitem, & ſodalem, à quibus etiam uerba habentur. Perpetuo fœdere. Ad differentiam illarum uxorum, quas repudiauit, utq; etiam amorem ſuum indicaret, ut inde iuſtior ira uideatur. Fœdus appellatum ab eo, quòd in paciſcendo fœdata hoſtia necaretur. Virgilius: Et cæſa iungebant fœdera porca. uel quia in fœdera interponatur fides, ut ait Feſtus. Non patitur, non ſinit ſua moleſtia & iniuria. H Flere, lamentari: & eſt propriè lacrymis. Funera, uiui uiri calamitatem, & me uiuum perinde ac mortuum funere proſequi. Funus, inquit Donatus, eſt pompa exequiarum à funalibus. etenim noctu efferebantur propter ſacrorum celebrationem diurnam,

A diurnam. Legitur & Miſeri, & notum eſt. Cumq́; ego qu. Sumptum ab ijs qui naufragium faciunt. Tabulas. Tranſlatio ſumpta à naufragium facientibus, qui procumbentes tabulæ nauis è tempeſtatibus conantur euadere. Subitas extinguere flammas, mihi opitulari: ſicut ſolent incendijs homines extinguendo ignem auxilium præſtare. Hic prædam. Præda hoſtib. capta, quod manu parta, ut ait Varro. Profugæ. Profugus, inquit Ser. propriè dicitur, qui procul à ſuis ſedib. uagatur: quaſi porrò fugatus. multi tamen ita diffiniunt, ut profugos eſſe dicant eos, qui excluſi neceſſitate, de ſuis ſedibus adhuc uagantur: & ſimul ac inuenerint ſedes, non dicantur, profugi, ſed exules. ſed utrunque falſum eſt. Nam & profugus lectus eſt, qui iam ſedes locauit, ut in Lucano: Profugitq́; à gēte uetuſta Gallorum Celtæ miſcentes nomen Hiberis. & Exules, qui adhuc uagantur, ut in Saluſtio: Qui nullo certo exilio uagabantur. adeò exilium eſt ipſa uagatio. Senectæ. Senecta eſt ſenilis ætas. Dij m. ſcilicet agunt. Ille, Germanicus: cui & Faſtorum libros inſcripſit. Inopes uias: uiaticū enim dedit. Agam me. g.
B Solent poetæ ita uti, cum oratores gratias dicant. Differunt inter ſe habere gratiam, referre, & agere. Agere uerbis propriè eſt: qui autem habet apud ſe gratiam, nondum retulit: qui retulit, deſtitit habere. Donat. eſt autor. Audiet hæc Pontus. Pontus mare antea, ut ſcribit Plin. ab inhoſpitali feritate Axenos appellatus eſt. & Pontus non à ποντίζω, ſed potius uerbum à nomine factum. prius enim fuit Pontus, quàm quiſquam in eo mergeretur, ſed potius quaſi * μύρνντος, id eſt, flatibus & procellis plenus. Idem, Germanicus. Teſtificanda, numeranda inter cætera beneficia. E

MICYL. Audiet hæc Pontus. faciet quoq; forſitan idem, Terra, &c. Senſus eſt: Audiet hoc, ſiue hæc (nam utrūq; legitur) id eſt, gratiarum actionem meam. & idem ſ. Cæſar fortaſſis faciet, ut terra propior ſit mihi teſtificanda, hoc eſt, teſtis citanda, meæ erga illum gratitudinis: per quod innuit, ſe nondum omnem ſpem abieciſſe, propioris ac tolerabilioris exilij. Quaſi dicat: Ac ſpero Cæſarem aliquanto placatiorē, mitius exiliū aliquando mihi aſſignaturum. Scripſit enim hæc Poeta, cum in Ponto exularet: Sed dubium, ſub Auguſto, an ſub Tiberio. Quanquā magis inclinat animus, ſub Tiberio, ut credā, extremis ſ. ipſius temporibus. Quòd autem ſuprà dixit, Dij melius, quorū, &c. non de Germanico, ut Zarottus exponit, ſed de Auguſto accipiendum.

At tibi, calcaſti qui me uiolente iacentem
 * Qua licet, † heu miſero debitus hoſtis ero.
Deſinet eſſe prius contrarius hoſtibus humor,
 Iunctaq; cum luna lumina ſolis erunt.
Parsq; eadem cœli Zephyros immittet, & Euros
 Et tepidus gelido flabit ab axe Notus.
Et noua fraterno ueniet concordia fumo,
 Quàm uetus accenſa ſeparat ira pyra.
Et Ver Autumno, Brumæ miſcebitur æſtas,
 Atq; eadem regio ueſper, & ortus erit.
†Quam mihi ſit tecū, poſitis quę ſumpſimus armis,
 Gratia, commiſsis improbe rupta tuis.
Quam dolor hic unquā ſpacio euaneſcere poſsit,
 Leniat aut odium tempus, & hora meum.
Pax erit hæc nobis, donec mihi uita manebit,
 Cum pecore infirmo quæ ſolet eſſe lupis.
Prima quidem cœpto committam prælia uerſu:
 Non ſoleant quamuis hoc pede bella geri.

* Quàm
† &

Hi duo in alijs non habentur. Etiam hoc loco ſuperuacanei uidentur, quando inde infra quoq; repetuntur.

DOM. Calcaſti, inſultaſti iniuria affecto. Heu m. Quaſi dicat, me miſeret, quòd te afficiam tantis maledictis, diris imprecationibus. Deſinet. Negat ſe unquā fore amicum per ſimilitudinē ſumptam à rebus contrarijs, quæ nunquam conuenient. Solis. Hic dicebatur fax cœleſtis olim. ſed dictus eſt Sol à Sole puero filio Hyperionis. Luna. Item à Luna Solis ſorore. eſt auth. Diod. Zephyros, occaſu æquinoctiali. Et noua. Nota eſt fabuloſa hiſtoria Eteoclis & Po-
C lynicis fratrum rogum in duas partes diuiſum eſſe. quod Callimachus primus ſcripſit. inde Ouid. Scinditur in partes, geminoq́; cacumine ſurgit, Scinditur in partes, atra fauilla duas. Ira uet. odium fraternum. Ver. Græcè dicitur ἔαρ, unde uer. Bruma, quòd breues dies habeat, dicitur. Feſtus. Gratia, concordia. Poſitis a. carmine maledico. Tu. cō. tua culpa. Lupi. dicati Marti. in quos fabuloſa hiſt. tradit nōnunquā homines cōuerſos carmine magico, eoſdēq́; rediſſe in priſtinā formā: unde deductū illud cōuiciū uerſipellis, à mutādā pelle humana, ſ. in lupinā. Cœpto. Cœptū uerſum appellat elegiacū, quaſi imperfectū: nam extremo pede fraudatur. Pap. Qui nobile greſſu Extremo fraudatis opus. [Cœptū uerſum ſimpliciter intellige, quo cœpit hæc ſcribere. hoc eſt Elegiaco.] Hoc p. nam metro iambico maledicta ſcribuntur. ſimulq́; permanſit in metaphora, cū dicat, claudum non ſolere prodire in pugnam.

ZAR. Calcaſti, inſultaſti. Qua licet, quacunq; parte licuerit.
D Hoſtis. Apud antiquos peregrinus hoſtis dicebatur: & qui nunc hoſtis, perduellio, autore Feſto & Macrob. unde Statius in Curculione, Siue ſtatus cum hoſte intercedit dies, dixit. Deſinet eſſe prius. Adeò iniuria affectus eſt Poeta, ut nunquam ſe amicum Ibidi futurum dicat: idq́; per ſimilitudinem à rebus contrarijs, ita & Solis tempus cum Lunæ. Soles autem plures fuiſſe, Cicero in libris de Natura deorum oſtēdit. ait enim, Cumq́; tu Solem, quia ſolus eſſet, appellatum eſſe dicas, Soles ipſi quàm multi à Theologis proferuntur, unus ex Ioue natus, nepos ætheris: alter Hyperione, tertius Vulcano, Nili filio, cuius urbem Aegyptij uolunt eſſe eam, quæ Heliopolis appellatur. Quartus is, quem heroicis temporibus Acanto Rhodi peperiſſe dicitur, auum Lalyſi, Camiri & Lyndi. Quintus, qui Colchis fertur Aeetā et Circē dicitur procreaſſe. Luna dicitur, quòd ſola lucet noctu, ſi Varr. credimus. unde Catul. Dictaq́; à lumine Luna. Parsq́; eadem cœli. Zephyrus, & Eurus uenti inuicem ſibi contrarij, ut oſtendimus. Axe. Axis, inquit Feſtus, quem Græci ἄξονα dicunt. Plures habet ſignificationes. nam & pars cœli ſeptentrionalis, & ſtipes teres, circa quē uertitur rota. eſt & tabula ſectilis. Et nou. frat. Laius Thebarū rex ex Iocaſta Oedipodem filium habuit, qui ex matre ſuſtulit filios Eteoclem, Polynicemq́; uirilis ſexus, fœminas uerò Antigonem, & Iſmenem. ſed poſtquam reſciuit Oedipus cū matre ſe cubuiſſe, ſibi oculos eruit, relictis in regno Eteocle, & Polynice filijs, qui inter ſe pacti ſunt, ut in ſingulos ſibi cedēdo annos alternis regnarent. Sorte prior Eteocles regnat. qui pacto exacto tempore, fratri cedere noluit. indignatus autē Polynices, tanta eſt affectus iniuria à fratre, Thebas cum exercitu unà cum ſeptem regibus uenit: quo in bello mutuis Eteocles & Polynices cecidere uulneribus, quorum corpora in pyram coniecta de more ſunt. cuius fumus in partes ſciſſus eſt, ut etiam & ipſorū mortuorum oſtenderet odium. Plures huius rei meminerunt autores, & in primis in Thebaide Statius. Pyra. Pyra eſt lignorum congeries. Virg. 11. Aeneid. Conſtituere pyram: & ἀπὸ τοῦ πυρός.

F G H

A gis, id eſt, ab igni uenit, teſte Seruio. Et uer. Ver, quod tunc uiuere incipiūt uirgulta, uertere ſe tempus anni: niſi quod Iones dicunt id tempus uer. Varro autor. Autumno. Autumnum quidā dictum exiſtimabant, quòd tunc maximè augeantur hominum opes, coactis agrorum fructibus, ut autor eſt Feſtus. Brumæ. Dicta bruma, quòd tunc breuiſſimus eſt dies, Varrone autore. Aeſtas. Ab æſtu æſtas. hinc æſtiuus, niſi fortè à græco, autore Varrone. Armis, imprecationibus. Translatio à militibus, qui armis inimicos petunt. Arma ab armis, id eſt humeris dependentia: ut ſcutum, gladium, pugio, ſica, & ea quæ procul præliantur tela. Feſtus. Gratia: pax, concordia. Improbe. Probi, uelut prohibi, qui ſe à delinquendo prohibent: Improbi, qui ſe non prohibent. Feſt. aut. Tuis m. quia dignus es. Quam d. Senſus eſt: Tempus, quo omnia conſumūtur, nequaquā odium, & iram meam finire poterit. Pax, à pactione dicta, E ut ait Fe. Cum p. Pecus ab eo, quod paſcebat, à quo pecora uniuerſa, quòd in pecore pecunia cū paſtoribus conſiſtebat. Var. Diciturq; pecus omne animal humana carens effigie, teſte Lactant. & Pecus pecudis dicimus, & ris, & pecuare pecuaris, & pecu pecu indifferenter, non ut imperitorum grammaticorum multitudo falſo docet. Lupis. In Martis tutela eſſe dicuntur lupi. λύκοι græce dicitur. Cœpto u. nam pollicetur ſe editurum proprio carmine maledico opus in inimicum, ut in fine operis patebit. Cœpto ergo uerſu, hoc carmine, quod erit principiū imprecationis. & dixit Prælia, ut oſtenderet etiam non pro meritis in præſentia deuouere. Præliū eſt armorū certamen. Bellū uerò tum pugna, tum totum tempus, quo in militia ſumus. Hoc p. nam iambo metro uti ſolemus.

Vtq; petit primo plenum flauentis arenæ,
  Nondum calfacti uelitis haſta ſolum.
Sic ego te ferro nondum iaculabor acuto,
  Protinus inuiſum nec petet haſta caput.
Et neq; nomen in hoc, neç dicam facta libello,
  Teq; breui, qui ſis, diſsimulare ſinam.
Poſt modò, ſi perges, in te mihi liber Iambus
  Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit.
Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin,
  Hoc ego deuoueo teq;, tuosq; modo.
Vtq; ille, hiſtorijs inuoluam carmina cæcis,
  Non ſoleam quamuis hoc genus ipſe ſequi.
Illius ambages imitatus in *Ibida, dicar
  Oblitus moris, iudicijq; mei.
Et quoniam, qui ſis, nondum quærentibus edo:
  Ibidis interea tu quoq; nomen habe.
Vtq; mei uerſus aliquantum noctis habebunt,
  Sic uitæ ſeries tota ſit atra tuæ.

*Ibide

DOM. Vtq; p. Dicit hoc opus eſſe ſimulacrum pugnæ, quale ſolet tentare miles ante legitimū certamen propoſito agere, in quē B iaculatur. Velitis. Velites milites erāt, qui haſta utebātur inhabili, ad remittendum, niſi peritis, ut ſcribit Liu. eam inuenit Tyrrhenus, ſcribit Plin. Diſsimulare, tegere. Breui, ad paucos dies. Iambus inuentus pes eſt, ad nocēdum, ab ἰάπτω, quod ſignificat noceo. Papin. cum appellauit ultorē, quoniā Archilochus eius inuentor tanta acerbitate in Lycamben ſocerum eo uſus eſt, ut ad laqueū cōpulerit. Idē fecit Hipponax C poeta in Babulū & Antherenū ſculptores, qui eius de formis effigiem ſculpſerant in contemptū, & † Cato in Scipionē Metellum ea carminis acerbitate uſus eſt. Tincta Lyc. ſ. qualib. telis uitā Lycambes finiuit. Nunc q. Inter carmina magica duo erant apud maiores maximæ religionis, quorū altero dij tutelares urbiū euocabantur ab hoſte uictore, ne deos captiuos dicere uiderētur: altero deuouebantur urbes exercitus hominū capita, qui ſe traderēt iræ numinū, pro ſalute aliena: quale fuit carmen duorū Deciorū, qui ſe pro patriæ ſalute deuouerunt. Id ad Titi imperatoris tempora ſeruatū fuiſſe, ex hiſtoria Plinij accepimus. Poterat quiſpiam aut ſeipſum deuouere, aut alterum. Verborum formula hoc habebat initium, ut Samonicus Serenus ex Furij monumentis recitat: Dis pater, ſiue Iouis manes, ſiue quo alio nomine fas eſt nominare, autor eſt Macrob. nunc etſi Ouidius eadem formula nō utitur, tamē deuouere ſe dicit Ibin, quem diris deteſtatur imprecationibus, in quo imitatur Callimachum.

* Fortaßis legendū, Cato in Scip. et Næuius in Metellum. Hinc enim illud, Dabat malum Metelli Næuio poetæ.

Battiades Callimachus dictus eſt non filius Batti, ſed ab eo genus ducens. nam & ipſe hunc inter maiores ſuos commemorat, quem gentis ſuæ autorem profitetur. Tres Callimachi fuerunt, quorum hic poſtremus fuit Callimachi grammatici filius. Battus ex Caliſto, quæ eadem Thera dicebatur, profectus Cyrenem condidit. ita appellatus, quòd lingua Libyca Battus regē D ſignificat, ut Herod. placet, proprio nomine dicebatur Ariſtæus. Trogus Battum ſcribit linguæ dictum infantia. nam erat blæſus. quam ſententiam commemorauit Hercules, ſed damnauit. Battus item nomen eſt paſtoris apud Theocritum, & in ſaxum uerſus apud Ouid. Ibin, Apollonium Rhodium. Inimicum. nam cum fuiſſet diſcipulus Callimachi, multa, quæ à præceptore acceperat, pro F ſuis oſtentabat. Vtq; ille hiſt. Profitetur obſcuritatem hoc opuſculo, dum ſtudioſe imitatur Callimachum, quā eandem opuſculo ſuo ſeruauit, ut Suidas ſcribit. Ambages, obſcuritatem. Tu quoque, quemadmodum Apollonius Rhodius. Sit atra, infelix.

ZAR. Vtq; petit p. Per comparationem dicit; ſicuti leuis armaturæ milites ſolent, antea quàm in bellum prodeant, ſe experiri in arena, ita hoc opus edere, ut inde facto periculo, G acrius inimicum uulneret. Velitis. Quòd ſi equites impares erant, ait Veget. de Re milit. more ueterum, uelociſsimi cum ſcutis leuibus pedites ad hoc ipſum exercitati, iiſdem miſcendi, quos expeditos (quaſi uolitantes) uelites nominabant. Etiam Cicero de Re militari: Velites erant iuuenes leui armatura, corpore alacri, qui ex equis optimè miſsilia mittebant. Secundò autem, ſi Liuio credimus, haſta inhabili utebantur. Breui, tempore. Diſsimulare. Simulamus falſa, diſsimulamus uera, teſte Seruio. Liber iambus. Iambus pes, ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν, id eſt à contumelijs iactandis, quòd maledici genere hoc carminis utebantur. Huius autem origo uerbi ex nomine Iambes, famulæ Celei nominatur, quæ Cererem filiam quærendo ad Megaram coniugem Celei, delatam, cum uidiſſet ſollicitam, malè tractauit. Alij iambum, quaſi triambum, à triumphatore Libero cognominatum, à Marte alij. huius carminis præcipui ſcriptores apud Græcos Archilochus, & Hipponax: apud Romanos Lucilius, Catullus, & Horatius, Bibaculus, ut ſcribit Diomedes. Tincta Lycambeo ſanguine. Lycambes filiam Neobolem Archilocho poetæ promiſit, quam poſtea turpi ipſius commotus facie, negauit daturum: indignatus inde Archilochus, iambo carmine aſperrimè in Lycamben ſocerum, & filiam eius Neobolem inuectus eſt. quos pudore confuſos, H laqueo finire uitam compulit: unde Horatius in Epodo: Caue, caue: namque in malos aſperrimus parata tollo cornua, Qualis Lycambæ ſpretus infido gener. & in Poetica, Archilochum

A *chum proprio rabies armauit iambo*. Hunc ſocci cepere pedē, grandesq́; cothurni. Floruit Tullij Hoſtilij temporibus, autore Cornelio Nepote. Nunc quo. Quomodo ueteres deuotionem facerent, pluribus uerbis in 3. Saturn. docet Mac. plurimaq́; uerba dicebant, quæ omnia ex Samonici Sereni teſtimonio ponit. quare dicit nunc Ouidius, non eo modo quo priſci ſolebāt, te deuoueo, ſed ſicut Callimachus, qui inimicum ſuum Apollonium Rhodium deuouit. Battiades. Battus Polymneſti filius Cyrenas primus ædificauit: quatuor autem fuere Batti, & omnes Cyrenenſes, quemadmodum Proclus docet in Pindarum. eius meminit Callimachus, qui extruxit Cyrenas, de laudibus locutus Apollinis: ex cuius uerbis docemur, Battiades omnes Cyrenenſes appellatos. quamobrem etiam Ouidius ab ipſo commonitus Callimacho, Battiadem eum uocat, quòd fuerit Cyrenenſis, ne quorundam nugas ſequentes, aliter interpretemur. Vtq́; ille hiſtorijs. Obſcuriſsimis hiſtorijs, reconditisq́; fabulis Callimachus opus ſuum abſoluit, quod ita facere pollicetur poeta. hiſtoria, inquit Cic. eſt res geſta, ſed ab ætatis noſtræ memoria remota. licet Seru. et alij ab ἵσαμαι, quod eſt uideo, dici putarint hiſtoriā. quid annales differant ab hiſtorijs, abundè Gell. docet. Non ſol. quamuis hoc genus ipſe ſequitur, ubiq́; facilis in cæteris operib.
B eſt, & nunquam carmen maledicū antea compoſuit. Ambages. Ambages, ait Varro apud Lucilium, Quid tibi ego ambages ambiui: profectò à uerbo Ambio, quod ineſt in ambitu, et ambitioſo. Ambages dicit Seru. circuitus. Ibidis, &c. Eo nomine appellaberis, quo Callimachus, quem imitatur, inimicum ſuū Apollonium nuncupauit. Noctis: difficultatis, et obſcuritatis. Atra, obſcura, et perinde infelix. B

MICYL. Nunc quoque Battiades inimicum deuouet Ibin.) Suidas· καλλίμαχος, inquit, βάττου καὶ μεσάτμης, κυρηναῖος γραμματικὸς, μαθητὴς του ἰάσεως γραμματικοῦ, γαμετὴν ἐσχηκὼς τὴν εὐφράτου τοῦ συρακουσίου θυγατέρα. ἀδελφῆς δὲ αὐτοῦ παῖς ἦν ὁ νέος καλλίμαχος, ὁ γράψας περὶ νήσων δι' ἐπῶν, &c. Et poſtea recenſens ea quæ ab illo ſcripta fuere, de Ibide hæc addit: ἔστι δὲ ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν εἴς τινα ἶβιν, γενόμενον ἐχθρὸν τοῦ καλλιμάχου. ἦν δὲ οὗτος ἀπολλώνιος, ὁ γράψας τὰ ἀργοναυτικά. Cæterùm diſputant commentatores, utrum patriæ cauſa, an impuritatis, Ibidem uocarit Apolloniū Callimachus. Ego uerò utrumque recipio. Fuit enim, ut idem Suidas ait, Apollonius ἀλεξανδρεὺς ἐπῶν ποιητὴς, διατρίψας ἐν ῥόδῳ, υἱὸς σιλλέως, μαθητὴς καλλιμάχου, &c. Vt ob hoc, non ſolum propter impuritatē & ſpurcitiem ipſius ſignificandā, Ibin dici putem: ſed & quia Aegyptius eſſet patria, cuius terræ hæc auis quaſi peculiaris: utroq́; autem modo per contemptum, & contumelioſe.

Hæc tibi natali facito, Ianiq́ calendis
Non mentituro quilibet ore legat,
Dij maris, & terræ, quiq́ his meliora tenetis
Inter diuerſos cum Ioue regna polos,
Huc precor, huc ueſtras omnes aduertite mentes:
Et ſinite optatis pondus ineſſe meis.
Ipſaq́ tu Tellus, ipſum cum fluctibus æquor,
Ipſe meas æther accipe ſumme preces.
Syderaq́, & radijs circundata Solis imago:
Lunaq́, quæ nunquam, quo prius ore, micas.
Noxq́ tenebrarum ſpecie reuerenda tuarum:
Quæq́ ratum triplici pollice netis opus:
Quiq́ per infernas horrendo murmure ualles,
Imperiuratæ laberis amnis aquæ.

DOM. Hæc tibi natali. Duo erant temporum initia apud Romanos: alterum priuatum, publicum alterum: in utroque cautum erat, ne quod mali ominis uerbum efferretur: priuatum dies natalis, publicum Calend. Ianuariæ. His carmine ſacerdotum Ianus adorabatur, & augurum libris hanc habebat precationem: Qui cuncta fingit, eademq́; regit, aquæ terræq́; uim, &c. Ianus pater, idem dicebatur Geminus. Ianus 12.
C habebat aras, ut Varro ſcribit. Aditus & exitus ei erant dicati: Cōſidius, Quirinus, Cluſius, Patultius. Si quid autem uel die natali, uel Ianuario ſiniſtro omine auditum eſſet, infelicem annum portendebat. Dij maris. Hic deuouere incipit, ſingulis numinibus inuocatis. Inter diuerſos polos, arcticum & antarcticum. Diui erant duodecim, qui cum Ioue dicebantur tenere cœlum, Iupiter, Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Liber, Neptunus, Apollo, ij tantum nectare utebantur. Sinite. Verbum ſacrorum erat. Tellus. Numen habebat, ut etiam ſcribit Plinius, propterea inuocatur in fœdere apud Horatium, unà cum umbris. Aether: dicitur, quia ſemper mouetur, ut placet Ariſtoteli. Et ſidera numina habere putabant ex diſciplina Platonica, & ſuas habebant hoſtias. Quo prius. nam ſemper luna creſcit, aut decreſcit. Nox ſua numina habet: ut Summanū, & umbras. Quæq́; ô Parcæ. Ratū, inexorabile. Ratū uerbū ſacrorum eſt. Rata enim dicebant confirmata ſignificationibus auguriorum. Quiq́;. Inuocat Stygem paludem. cuius filia Victoria, cum in bello Giganteo opem tulerit Ioui, meruit ut ma-
D tris nomen iuſiurandum eſſet Deorum: quod qui fallebat, nouem diebus carebat nectare. Virgilius: Dij cuius iurare timent, & fallere numen. Silius: At ſemper magnis diuis, regiq́; deorum Iurari dignata palus. Styx item aqua, manans ex Nonacri Arcadiæ: quæ epota, mortem affert. ita perijt Alexander. quamuis Plutarchus aquam non nominet. meminerūt Plinius & Pauſan. Imperiuratæ, cuius iuſiurādum non fallunt dij. F

Vide Macrobium lib. 1. capite 9. Vnde hæc carptim ac mutilatim tranſſumpta.

ZAR. Hæc t. nat. f. tuo natali die. Solebant priſci multū natales ſuos celebrare, et in maximo honore habere, quibus diebus læta omnia peragebant: quare nunc Ouid. infauſtū inimico imprecatur natalē. Ianiq́; cal. Calend. Ianuarias maiores obſeruabant, in quib. unuſquiſq́; aliquid agebat. Totus ab auſpicio ne foret annus iners, Quisq́; ſuas artes ob idē delibat agēdo, Nec plus quàm ſolito, &c. ait in Faſtis Ouid. Cur quoq́; celebrarent cal. Ian. ex Varronis lectione licet cognoſcere. inquit enim, Calendas & natales Ianuarij antiqui obſeruabant, ne mala omina auderent, & ueſtes ueteres nouis mutabant. Eodē die mulieres annulū ſeruis, ſicut uiri Saturnalibus dabant: & quiſq́; ſuas pro bono omine artes exercebat. Pluribus nominib. Ianū appellatū ab antiquis, Varro, Macrobius, & in Faſt. Ouid. docent, cui 12. erant aræ. G
Dij m. & t. Nunc in auxilium deos omnes uocat, ut inde facilius poſsit imprecationib. uti. Dij maris, dij qui mare incolitis, & qui in terris degitis. Quiq́; his m. t. Inter diuerſos, &c. id eſt, uos etiā inuoco, qui meliora regna habetis, cœlum tenentes, quàm maritimi terreſtresq́; dei, & tandē omnes qui eſtis inter arcticū & antarcticū polum. Polus, ait Varro, græcū, id ſignificat circum cœli. Mentes. A uerbo memini, mens deſcendit, & mentio: uel à meter, ſiue μήνη, id eſt luna, quia ſicut luna creſcit & decreſcit, ita hominū mentes uarijs modis hebeſcūt, et augentur. diuus Auguſt. eſt autor. Ipſaq́; tu tellus: eadem & H Ops eſt, quæ numen quoq́; habere dicitur, teſte Plin. Aequor, mare ab æqualitate dictū, ut auth. eſt Varro. Aether, ait Ariſt. in eo quē de Mundo cōpoſuit lib. Cœli aūt, et aſtrorū ſubſtātias

æthera

A æthera nuncupamus, non ut quidam, quòd quum ignea ſint, uran
tur, errantes in nimium alteratū ab igne uerticem: ſed quia ſem-
per currant circundata. Plato in Epinomide æthera cœlum di-
cit, dum quinq; oſtendit eſſe elementa, & poſt ignem æthera col
locauit. Sideraq́;. Sidera, quòd inſidūt, atq; ita ſignificat, quid
in terra perurendo. Varro. Quæ nunquam, quo prius ore, mi
cas: nam modò plenilunium, modò interlunium. Itaq; ſemper di-
uerſo modo aſpicitur ab interlunio ad plenilunium, è contrario
uarias figuras admittendo, ut unuſquiſq; per ſe cognoſcere po-
teſt. Quiq́; per infernas. Stygem paludē dicit, Acherontis &
Terræ filiam, per quam dij peierare prohibentur, ut Virgilius
tradit: Stygiamq́; paludem, Di cuius iurare timent, & fallere nu
men. Qui enim peieraſſet, nectareo poculo per nouem dies priua
batur. Victoria autem ipſius Stygis ac Acherontis filia, cum bo-
nam operam in bello gigāteo nauaſſet, & Ioui auxilio ueniſſet,
ab ipſo impetrauit, ut per matrem dij iurarent, peierantesq́;, qua
diximus, pœna multarentur. quod à Ioue facilè cōceſſum eſt. De
Styge etiam palude, ubi de Alexandri morte narrabimus, ali-
quid dignum cognitu docebimus. Imperiuratæ, quam dij ti-
B ment peierare. Amnis. ab ambitu dictus. Varro. Noxq́; te
nebrarum. Nox, quia græcè dicitur νὺξ, in genitiuo noctis, quia
græcè dicitur νυκτὸς, ut rectè commonet Priſcianus. Fallitur er-
go Seruius, qui quòd oculis noceat, dictam exiſtimauit: nullum
namque uerbum latinum ita declinatur. Aut enim in gis faciunt
genitiuum, ut lex legis: aut in cis, ut nux nucis. Excipitur ſenex,
quod facit ſenis: & ſupellex, quod facit ſupellectilis. Quæq; B
ratum. Parcas inuocat, quæ tres eſſe perhibentur ab autoribus,
Clotho, Lacheſis, & Atropos. quas Cicero in lib. de Natura deo
rum, Erebi & Noctis filias fuiſſe ſcribit. Hæ mortalium uitam
in ſua poteſtate habere dicuntur: quarum Clotho baiulat, Lache
ſis filat, Atropos filum frangit. Vnde Seneca: Ducunt uolentem
fata, nolentem trahunt. Et rurſus in ea, quam Oedipoden uocat,
tragœdia: Fatis agimur, credite fatis. Non ſollicitæ poſſunt cu-
ræ Mutare rati ſtamina fuſi. Quicquid patimur mortale genus,
Quicquid facimus, uenit ex alto, Seruatq́; ſua decreta colus, La-
cheſis dura reuoluta manu, Omnia certo tramite uadunt, Pri-
musq́; dies dedit extremum. Non illa deo ſoluiße licet, Quæ nexa
ſuis currūt fuſis. It cuiq; ratus prece non ulla Mobilis ordo. Mul
tis ipſum timuiſſe nocet. Multi ad fatum uenere ſuum, Dum fata
timent. & quæ ſequuntur. Ouidius quoq; in Metamor. de Parcis
loquitur. Ratum, firmum & ſtabile. eſtq́; iuriſconſultorū uer
bum. Triplici pollice. nam tres numero ſunt, ut docuimus. Pol
lex, inquit Macrobius, nomen ab eo, quòd polleat, accepit, nec in
ſiniſtra ceſſat, nec minus quàm tota manus ſemper in officio eſt.
Vnde apud Græcos ἀντίχειρ uocatur, quaſi manus altera. F
Opus. Inter opus & operam differentiam hanc facit Vlpianus,
inquiens: Operæ ſunt diurnum officium, opus eſt finis fructusq́;
operæ. Sed hæc ſæpißimè confunduntur apud autores: ut apud
Virgilium, Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. quaſi ad
operas.

Quasq; ferunt torto uittatis angue capillis,
Carceris obſcuras ante ſedere fores.
Vos quoq; plebs ſuperū Fauni, Satyriq;, Lares(q;),
Fluminaq;, & nymphæ, ſemideumq; genus,
Deniq; ab antiquo diui, ueteresq;, nouiq;,
In noſtrum cuncti tempus adeſte chao.
Carmina dum capiti maleſido dira canuntur,
Et peragit partes ira dolorq; ſuas.
Annuite optatis omnes ex ordine noſtris,
Et pars ſit uoti nulla caduca mei.
Quæq; precor, fiant: ut non mea dicta, ſed illa
Paſiphaes generi uerba fuiſſe putet.

DOM. Vittatis, ligatis tan-
quam uittis. Satyri.
Dei dicti ſunt à σαθὺ, id
eſt mentula. nam ſunt ſa
laciſsimi, ut Macrobio
placet. Genus ſemi-
deum, dij indigetes. nam
dij indigetes nati erant
ex mortali & deo.
Noui, nuper relati in nu
merum deorum: ut Cæ-
ſar, & alij. Peragit
ſuas partes, ulciſcuntur
ſe. Ex ordine, inuoca
C tus pro ratione ueſtro-
rum numinum. Paſi-
phaes generi. Theſeus
gener Paſiphaes fuit, quoniam Phædram rapuit, filiam eius &
Minois. quamuis Diodorus hos tantùm quatuor filios nominet,
Deucalionem, Cratheum, Androgeon, Ariadnen. Fabuloſa eſt
hiſtoria, neq; ſatis inter autores conſtat. Nam Pæon (ut Plutar-
chus autor eſt) ſcribit Ariadnen raptam fuiſſe, & in Cypro reli
ctam à Theſeo, ubi partu mortua ſit. Ho. in carmine magico ean
dem in partu mortuam ſcribit in Dia inſula, quæ poſtea dicta eſt
Naxus. Diodorus hanc eodem loco relictā fuiſſe raptam à Bac-
cho, & perductam in montē, qui Dryops dicitur. Phædram alij
ſcribunt Hippolytum priuignum adamaße, cuius pudicitiam uin
cere non potuit. Indignata inſimulauit falſo crimine, quòd de ſtu
pro ab eo eſſet interpellata. Ob quam cauſam pater Theſeus à
Neptuno petijt, ut filium interimeret. quod actum eſt, immißis
Phocis, & exterritis equis, qui iuuenē decerpſerunt. Generi
Paſiphaes: eſt Theſeus, qui imprecatus eſt antè filio.
ZAR. Quasq́; ferunt torto. Non prætermiſit Ouidius Furias, quas
tres tradunt fuiſſe, Alecto, Tiſiphonen, & Megæram, Acheron
D tis & Noctis filias. Pluribus autem uerſibus eas Virgilius, Oui-
dius, & Claudianus deſcribūt. Nec immeritò Acherontis & No
ctis eſſe filias uoluit antiquitas, cum rebus minimè ex uoto ſucce-
dentibus, & ratione cedente, mentis perturbationem naſci ne-
ceſſe uideatur, quæ non
abſq; mentis cæcitate et
iudicij perſeuerat, et per
ſeueratione fit maior, do
nec erumpat in actū, qui
abſq; ratione factus fu-
rioſus appareat neceſſe
eſt. Diuerſis nominibus
nuncupantur, ut paßim
apud poetas eſt legere.
Vittatis. Sumptum
hoc à uitibus, quæ peda
mentis alligātur. [Imò
à uittis, ut rectè Domi-
tius.] Carceris. Car G
cer eſt cuſtodia noxio-
rum, à coercendo, quòd
coerceat quos exire prohibet. Carceres equorum terminus, unde
currere incipiunt, ut Varro teſtatur. Vos quoque plebs ſupe-
rûm. Hos deos, quos nunc memorat, plebem appellat. Nam ſicut
in unaquaq; ciuitate nobiles & patricij à plebe diſcernuntur, po
pulo inquam minuto, ita à dijs ij ſemidei ſegregantur. Plebs uerò
dicitur, autore Gellio, in qua gentes ciuium patriciæ non inſunt.
Et dicitur recto caſu plebs, & plebes, ut ueterum exemplis ſatis
conſtat. Fauni. Dij ſunt ſylueſtria incolentes, à fando dicti, ut
ait Feſtus. Satyriq́;. Satyris ait Plinius in quinto, præter figu
ram nihil moris humani. & in Aethiopia inueniuntur. De qui-
bus quid diuus Hieronymus in uita Pauli primi eremitæ dicat,
utpote memoratu dignum, apponere uolui. De beato Antonio
loquitur Hieronymus, qui Centaurum fuerat allocutus, nec
multo pòſt ſe ei Satyrus obiecit. Ait itaq;: Nec mora, inter ſaxo-
ſam uallem, non grandem homunculum uidet, aduncis cornibus,
fronte aſpera naribus, cuius extrema pars corporis in capra-
rum pedes deſinebat. Ad hoc Antonius ſpectaculum, ſcutum fidei,
& loricam ſpei, bonus prœliator arripuit. Nihilominus memo- H
ratum animal palmarum fructus eidem ad uiaticum, quaſi pacis
obſides ferebat. quo cognito, gradum preßit Antonius: & quis-
nam eſſet, interrogans, hoc ab eo reſponſum accepit: Mortalis

A ego ſum, unus ex accolis eremi, quos uario deluſa errore gentilitas coluit, Faunos, Satyroſq;, & Incubos uocant. Dicti autẽ ſunt Satyri à σαθὼ, id eſt mentula, teſte in primo Saturnaliorum Macrobio. Inde Saturnus, quòd ei fuerit amputatum ſeminale membrum. Lareſq;. Habes apud Ouidium in Faſtis hanc pluribus carminibus larium fabulam explicatam, quam breuibus ſtringemus. Flagrabat amore Iupiter Iuturnæ Turni ſororis, quem etiam nymphis detexit. Almonis autem filia Lar, ſiue Lalar dicta, hoc Iunoni manifeſtauit. Quare indignatus Iupiter Lari linguam præſcidit, & Mercurio ad Stygem paludem ducendam tradidit, ut meritas ibi lueret pœnas. At Mercurius inuitam Larem compreßit, dum eam ad Stygem duceret. ex quo compreſſu gemini nati ſunt, nomine Lares, à matre ita nuncupati. Vnde Ouidius: Fitq; grauis, geminoſq; parit, qui compita ſeruant, Et uigilant noſtra ſemper in urbe Lares. Ii compita ſeruant. Inde Compitalia feſta, & dies attributi Laribus, quibus in compitis ſacrificabatur. De Laribus hæc Cicero refert in libro de Vniuerſitate, cuius hæc ſunt uerba: Reliquorum autem, quos Græci δαίμονας appellant, noſtri (ut opinor) Lares, ſi modò hoc rectè B conuerſum uideri poteſt. In Aulularia quoq; Plautus, meminitq; Apuleius, & meminit etiam Auguſtinus in libro de Ciuitate Dei. Aiuntq; ueteres putaſſe animas hominum fieri dæmonas. Quod ſi bonorum fuiſſent meritorum, Lares appellarentur: ſin malorum, tum Lemures, tum Laruæ. Quod ſi incertum fuiſſet, bonorum'ne, an malorum eſſent meritorum, tunc appellari Manes.

Flumina, à fluendo dicta. Varro. Et nymphæ: aquarum deæ, quaſi lymphæ dictæ. Semideumq; genus: indigetes, qui ſemidei ſunt, nati ex deo uel dea & mortali: ut Aeneas, qui Iupiter indiges eſt appellatus. Et ab indigeo uerbo indiges dicitur, teſte Seruio. Diui ueteres, qui iampridem in deorum numero eſtis collocati. Nouiq;: ut Cæſar, & alij, qui nuper relati ſunt inter deos. Et peragunt, perficiunt. Paſiphaes generi. Theſeus Aegæi Athenarum regis filius in Cretam ad occidendum E Minotaurum iuit: cuius amore capta Ariadna Minois & Paſiphaes filia, eum quo'nam modo Minotaurum ſuperaret, docuit. Inde uoti compos Theſeus, Ariadnam rapuit, pariter & eius ſororem Phædram. Sed ut tradit Plutarchus, Ariadnen in Cypro inſula reliquit, ubi partu extincta eſt. At Homerus in Dia inſula, non Cypro obijſſe ſcribit. Diodorus uerò in Naxo relictam, & inde à Baccho in montem, qui Dryops dicitur, perductam memoriæ prodidit. Nupſit inde Theſeo Phædra, quæ Hippolyti amore flagrauit. At ex Hippolyte Amazone Theſeoq; natus erat Hippolytus, qui uenator egregius ac pulcherrimus fuit. Interpellantem de ſtupro Hippolytus cum contempſiſſet Phædram, falſo ipſa conuerſo crimine ad patrem ipſum detulit: qui nimis credulus Aegeum parentem eſt precatus, ut filium periret. Immißis autem phocis, uitulis inquam marinis, ab Aegæo, qui equos terrerent, Hippolytus diſcerptus eſt, quem ab Aeſculapio ad uitam reſtitutum autores tradunt, Dianæ precibus. qui inde Virbius dictus eſt, quaſi bis in uitam prolatus: ut in 15. Metamor. Ouidius, & in ſeptimo Aeneidos Seruius docent. F

MICYL. Sed illa Paſiphaes generi uerba fuiſſe putet.) Hoc eſt, tam certa & efficacia, quàm fuerunt Theſei (is enim gener Paſiphaes fuit, ex Phædra) uerba illa, quibus imprecatus eſt Hippolyto filio, poſtulando à Neptuno patre, ut ſeſe aduerſus illum ulciſceretur. quod & factum, immiſſo phoca, ſiue uitulo marino, à quo equi illius in pauorem & conſternationem impulſi, currum atque ipſum uectorem Hippolytum, in diuerſum abeuntes curſu, lacerauerunt. Nota eſt fabula ex Hippolyto Euripidis, ubi ipſe Theſeus ſic loquitur:

ὦ θεοί, Πόσειδον, ὡς ἄρ' ἦσθ' ἐμὸς πατὴρ,
ὀρθῶς ἀκούσας τῶν ἐμῶν κατευγμάτων.

Et mox Hippolytus in eadem fabula,

ὦ ἀρὰ πατρὸς σοῦ πεσσεύων πικρά.

Quaſq; ego tranſiero pœnas, patiatur & illas:
Plenius ingenio ſit miſer ille meo.
Ne'ue minus noceant fictum execrantia nomen
Vota, minus magnos commoueant'ue deos:
Illum ego deuoueo, quem mens intelligit, Ibin,
Qui ſe ſcit factis hæc meruiſſe ſuis.
Nulla mora eſt in me, peragam rata uota ſacerdos:
Quiſquis ades, ſacris ore fauete meis.
Quiſquis ades ſacris, lugubria dicite uerba,
Et fletu madidis Ibin adite genis.
Ominibusq; malis, pedibusq; occurrite læuis,
Et nigræ ueſtes corpora ueſtra tegant.
Tu quoq; quid dubitas ferales ſumere uittas?
Iam ſtat (ut ipſe uides) funeris ara tui.

DOM. Ne'ue minus noceãt. In carmine quo aliquis deuouebat, neceſſe erat proprium nomen exprimere, alioquin preces erant inanes. Hac de cauſa Romani nomen urbis C latinum extare noluerunt, ne ab hoſte deuoueri poſſet. Valerius Soranus id aliquando enunciauit: ſed in crucẽ ſublatus luit pœnas. Hac de cauſa colebatur dea Angerona, obligato ore, imperans ſilentium de nomine urbis. Hinc ſacrificia fiebant ad duodecimum calendas Ianuarias. Autores Plinius, Macrobius, Solinus. Execrantia, deuouentia. Fictum nomen, Ibidem. Magni dij. Sunt Iupiter, Minerua, & Mercurius, qui ſub eodem tecto in Capitolio colebantur. Iidem penates dicebantur. quamuis Dionyſius Halicarnaſeus, & Probus aliter ſcribant. Deuoueo. Deuouere eſt diris imprecationibus malũ alicui optare. Peragam, abſoluam.

Fauete ore, id eſt ſilete. Nam imperabatur ſilentiũ, cum res diuina inchoabatur. Macrob. Verba lug. dicuntur in damnatum D & defunctũ. Omina, dicuntur calamitatẽ protendentia. Læuis pedibus, ſiniſtris. Et nigræ ueſtes. nã ſacra infernalia peragebantur indutis ſacerdotib. ueſte nigra, quæ umbrarũ ſimilitudinem repræſentabant. Sumere uittas. Hoſtiæ aræ deſtinatæ obligabantur. quod ex ſermone Virgiliano percipi poteſt. Feralia, dicuntur lugubria, à fera, quæ olim mortẽ ſignificabat. Ara. Aram ſuum carmen appellat.

ZAR. G Pœnas. Octo pœnarum genera in legib. Cicero tradit: damnum, ignominiã, ſeruitutem, uincula, uerbera, talionem, exiliũ, & mortem.

Ne'ue minus noc. Neceſſe erat in deuotionib. proprium nomen exprimere: nam aliter deuotio fruſtra fieri credebatur. Quod Romani intelligentes, urbis nomen incognitũ eſſe uoluerunt. Id autẽ quandoq; quidam ple. (ſi Varroni credimus) enunciare auſus, in crucem leuatus eſt. Hunc Solinus Valeriũ Soranũ nominat. Quare Angerona (ut idẽ Solin. & Macrob. teſtantur) à Romanis colebatur, cui ante diem 13. cal. Ian. ſacrificabatur, habebatq; etiam ſimulacrum preſſo obſignatoq; ore. Execrãtia, deuouentia. Fictum nomen: inimicũ, quem improprio nomine Ibidem uocat. Magnos commoueant'ue deos. Magni dij ſunt Iupiter, Minerua, & Mercurius, qui Romæ colebantur. Penates etiã dicuntur, ut ſcribit Varro. H Sed quia colebãtur penates apud Laurolauiniũ, non eoſdem, qui magni dij, penates eſſe Seruius credit. Ore fauete, ſilete. Silentiũ enim in ſacris adhibebatur, ut Macrobius docet.

Lugubria,

A Lugubria, luctuoſa. A' lugeo uerbo, lugubris uenit. Genis. Gena membrana illa eſt, qua oculus tegitur, cum aperitur & clauditur, ut Plinius ſignificare uidetur, & Feſtus Pompeius. Mala etiam ab antiquis dicebatur. O minibusq; malis, augurijs. Omen, ait Feſtus, uelut oramen, quod fit ore. Augurium uerò, quod auibus, alio'ue modo fit. Læuis pedibus, aduerſis. Vnde Virg. Sæpe malum hoc nobis, ſi mens non læua fuiſſet. Et nigræ ueſtes, quæ ſolent in rebus triſtibus adhiberi. Vnde Iuuenalis: Pullati proceres, differt uadimonia prætor. Et Perſius: Pullatis nec mihi nugis Pagina turgeſcat: id eſt tragicis, apud quos res triſtes deſcribuntur. Ferales: mortiferas, lethales. Vnde Iuuenalis: Feralis cœna patellæ. Tædas. Græcè dicitur δάδα, mutato d in t, ſicut etiam docet Priſcianus. Ara. dicta ab ἀρῶμαι, id eſt precor. Vnde catara, imprecatio. B

DOM. Pompa ſac. apparatus ſacrorum. Triſtibus uotis, malis imprecationibus. Hoſtiæ diræ, dicebantur feris deſtinatæ. Cultris. Fictilibus utebãtur in ſacris.

Terra tibi. Hic carmen imprecatorium ſumit initium. Fruges, omnia dicebantur (ut Varro ſcribit) quæ fere- B bantur in fundo, ut his frueremur. Aura, mitior ſpiritus. Aura item fauor popularis. Vulcanus, à uolãdo dicitur, ut Ciceroni placet.

Inops, indigens ope omnium rerum. Luſtrare, circuire. item purgare. Miſerabilis, miſerationem cõmouens.

Tuis aduerſis, tua calamitate. Inuidioſa tuæ. Inuidioſæ diuitiæ dicuntur maximè, quibus iure inuidere poßis. Inuidioſi item abſolutè accipitur, pro maximi. Hæc inuidioſa, id eſt, quæ habebatur odio. Aerumnæ di- C cuntur grauiores labores, ut Herc. ab αἴρειν. quod ſignificat tollere.

† Et Defœta, deſtituta. unde etiam dicimus effœtos, fœtu deſtitutos.

Solito fauore, quæ ſolet ſubminiſtrari laborantibus. Coacta, à fatis.

Pompa parata tibi eſt, uotis mora triſtibus abſit:
  Da iugulum cultris hoſtia dira meis.
Terra tibi fruges, amnis tibi deneget undas,
  Deneget afflatus uentus & aura ſuos.
Nec tibi Sol clarus, nec ſit tibi lucida Phœbe,
  Deſtituant oculos ſidera clara tuos.
Nec ſe Vulcanus, nec ſe tibi præbeat aer:
  Nec tibi det tellus, nec tibi pontus iter.
Exul, inops erres, alienaq; limina luſtres,
  Exiguumq; petas ore tremente cibum.
Nec corpus querulo, nec mens uacet ægra dolore:
  Noxq; die grauior ſit tibi, nocte dies.
Siſq; miſer ſemper, nec ſis miſerabilis ulli:
  Gaudeat aduerſis fœmina uirq; tuis.
Accedat lacrymis odium: dignusq; † putere,
  Qui mala cum tuleris plurima, plura feras.
Sitq;, quod eſt rarum, ſolito defecta fauore
  Fortunæ facies inuidioſa tuæ.
Cauſaq; non deſit, deſit tibi copia mortis:
  Optatam fugiat uita coacta necem.
Luctatusq; diu cruciatos ſpiritus artus
  Deſerat, & longa torqueat antè mora.
Euenient. dedit ipſe mihi modò ſigna futuri
  Phœbus, & à læua mœſta uolauit auis.
Certè ego, quæ uoueo, ſuperos motura putabo:
  Speq; tuæ mortis peſsime ſemper alar.
Finiet illa dies, quæ te mihi ſubtrahet olim:
  Finiet illa dies, quæ mihi * ſera uenit.
† Sed prius hanc animam nimium tibi ſæpe petitam
  Auferet illa dies, quæ mihi ſera uenit:
Quàm dolor hic unquam ſpacio euaneſcere poſsit,
  Leniat aut odium tempus & hora meum.

rum eſt, & apparatus.

Hoſtia. Hoſtibus à uictis hoſtia nomẽ habet. In Faſtis Ouid. Dira: triſtis; infeſta. Dirus, dei ira natus. Feſtus.

Terra tibi. Incipit nunc Poeta in Ibidem imprecari, optatq; ut ſuas ei fruges terra non præbeat. Fruges, à fruendo dictæ. Varro. Au- F ra, mitior uẽto ſpiritus. Aura item à Cephalo amata eſt. Et aura, popularis fauor. Nec ſe Vulcanus. Ab ignis maiore ui ac uiolentia Vulcanus dictus, autore Varrone. quamuis à uolando dictum dixerit Cicero. Exul, extra ſolum poſitus. Limina. Limen omnis ingreſſus eſt, ut ait Nonius. Luſtres. Luſtrare multas habet ſignificationes, ut Nonius de Indagine doctorum uirorum oſtendit. Eſt circuire, ut hoc loco: ſequi, perſpicere, expirare, circunſpice- G re, & patefacere. Luſtrare quoq; idem quod ſcortari ſæpe ſignificat, à luſtris ſumptum.

† puteris

* tarda

Miſer, triſtis & flebilis. Is miſer dicitur, autore Donato, cui animæ miſeria ineſt. unde miſerabilis uenit. Plura, nomen eſt, & à pluri uenit. Nam hic & hæc pluris & hoc plure dicebatur apud antiquos. unde plurima in compoſitum compluris. Plus uerò comparatiuum eſt, cuius rarò ſingulare inuenitur. & poſitiuum multus, ſed plurale, ut plures, & plura inquam. Et à pluri plurimus ſuperlatiuum factus eſt, ut docet Priſcianus. Aulus Gellius in ſeptimo Noctium Atticarum de hoc multa memoriæ reliquit. Defœta, uacua. ſicut fœta, plena. Inuidioſa. Inuidioſus & qui inuidet, & cui inuidetur, dicitur. ut formidoloſus, ambitioſus, gratioſus, & mille alia, ut ſcribit Gellius. Solito fauore. nam miſeri & laboribus preßi, ab omnibus adiuuari debent. Euenient. Mos apud priſcos fuit, ut omnia auſpicato agerent. Quod ſi bonum habuiſſent augurium, concœptum peragebant: ſin malum, deſiſtebant. H Dicit ergo nunc Ouidius, huiuſmodi à Phœbo, qui augurijs præeſt, offenſa ſigna: quibus haud dubitat firmam, ad uotumq; ſuam imprecationem futuram. Et à læua mœſta uolauit auis:

Luctatus, diu agitatus. Euenient. Omni in re agenda obſeruabant maiores ſigna, quæ à numinibus darentur: ut aut his confirmati rem inchoatam perficerent, aut perterriti deſiſterent. Inchoato igitur deuotionis carmine, fingit Poeta deos ſigna dediſſe, quibus portendebat eius imprecationem fore ratam. Cornix enim auis Phœbo dicata, à læua parte uolauit, quod augurium accepit his uerbis. Futuri, imprecationis futuræ. Mœſta auis, cornix mali ominis. A læua. Auguria à læua parte cœli uenientia, rata erant: & fulmina læua boni ominis habebantur, ut Plinius ſcribit. Mali aues ominis erant bubo, incendiaria, noctua, cornix, aliæ præterea. Motura, exoratura. Perfide. Perfidum appellat, qui rupit D gratiam & fidem amicitiæ, quæ erat cum Poeta. Mibi, uotis meis. Tempus & hora, quæ ſolent lenire magnitudinem doloris.

ZAR. Pompa, ἀπὸ τοῦ πομπεύειν, emittendo, ubi longus ordo emiſſo

A *mali ominis auis à læua parte uolauit, ſignum peßimum. Quæ eſſent aues mali ominis, Plinius facilè docet in decimo.* Perfide, *qui fidem uiolaſti. & à fide uenit. Infidus uerò, cui non eſt fidendum, dicitur, & à uerbo fido deſcendit, quod primam habet longam.* Olim, *quandoque. Multa ſignificat olim, ut Seruius & Donatus docent, & apud autores eſt cognoſcere ubique.* Petitam, *percuſſam. Multis hoc uerbum petere modis accipitur, ut docet Nonius.*

MICYL. Sitq;, *quod eſt rarum, ſolito defecta fauore Fortunæ facies inuidioſa tuæ.*) Defecta *lego, ſic & in Aldinis habetur. Eſt au-* B *tem defectus participium, à Deficio, uocis quidem paßiuæ, ſed actiuè ſiue abſolutè ſignificans, idem quod carens, ſiue deficiens. Sic Martialis:*

Dulcia defecta modulatur carmina lingua,
Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

pro, deficiente lingua.

Pugnabunt iaculis dum Thraces, † Iapyges arcu, († Iazyges)
Dum tepidus Ganges, frigidus Iſter erit:
Robora dum montes, dum pabula mollia campi,
Dum Tiberis liquidas Thuſcus habebit aquas:
Bella geram tecum, nec mors mihi finiet iras,
Sæua ſed * immanis manibus arma dabo. (* in manes)
Tunc quoq;, cum fuero uacuas dilapſus in auras
Exanimis, † manes oderit umbra tuos. († mores)
Tunc quoq; factorū ueniā memor umbra tuorum,
Inſequar & uultus oſſea forma tuos.
Siue ego (quod nollē) longis cōſumptus ab annis,
Siue manufacta morte ſolutus ero:
Siue per immenſas iactabor naufragus undas,
Noſtraq; longinquus uiſcera piſcis edet:
Siue peregrinæ carpent mea membra uolucres,
Siue meo tingent ſanguine roſtra lupi:
Siue aliquis dignatus erit ſupponere terræ,
Et dare plebeio corpus inane rogo:
Quicquid ero, Stygijs erumpere nitar ab undis,
Et tendam gelidas ultor in ora manus.
Me uigilans cernes: tacitis ego noctis in umbris,
Excutiam ſomnos uiſus adeſſe tuos.
Deniq; quicquid ages, ante os oculoſq; uolabo,
Et querar, & nulla ſede quietus eris.

DOM. Pugnabunt. *Arcum & ſagittas inuenit prius Scythes filius Iouis, à cuius nomine Scythia dicta eſt. Scythæ autem olim Thraces habebantur, utentes omnes eadem lingua (ut ſcribit Herodotus) præter Getas & Thraces. Tota autem Thracia (ut ſcribit Plinius) in ſtrategeas quinquaginta diuidebatur.* B *Pugnaces erant arcu, quem apud ſe inuentum ſupra cæteros mortales exercuerunt. Iapydes ad mille ſtadia regionē obtinebant, una ex parte Pānonijs & Iſtris terminati, parte mari Adriatico. Perpugnacißimi fuerunt haſta, in ditionem redacti ab Auguſto, ut Strabo & Appianus ſcribunt. Iapygia uerò Apulia eſt.* Ganges, *ut alij ſcribunt, incertos habet fontes: ut alij, in Scythicis montibus oritur, nuſquam minor ui-* C *ginti paſſuum altitudine, latitudine octo milium. Vbi parum, ubi modicum, ſtadiorum centum.* Tepidus *eſt, cum Orientis ſit.* Iſter *in iugis Germaniæ montis Arnobæ oritur, per innumeras gentes. Dicitur Danubius. Vbi Illyricum attigit Iſter, ſexaginta amnibus acceptis in mare uoluitur. Binominem appellauit Silius, cum & Danubius & Iſter dicatur.* Frigidus, *ex regione ipſa, nam ad Septentriones labitur.* Tiberis, *qui per Hetruriam labitur.* Flauus. *Flauum etiā appellauit Horatius. Olim appellatus Albula Tibris, & Tiberis, ut ſcribit Plinius.* Immanis, *immanſuetus. Vel in manes, ſcilicet tuos.* Mores tuos, *uitam tuam.* Forma oſſea, *in mortuis dicebatur: quòd deſertum olim cadauer intuentes, nihil præter oſſa reperirent. In magicis autem incantationibus, laneis & cereis formis utebantur.*

Morte ſolutus. *Diffinitionem Platonis exprimit, qui ſcribit mortem eſſe ſolutionem animæ à corpore.* Iactari. *proprium in mari eſt.* Volucres peregrinæ. *Vultures habebantur aues peregrinæ, quaſi ex alieno orbe uenientes, errore hominum: qui cum uultures nidificarent in rupibus inuijs, unde fœtus euolabant, aliunde uenire arbitrabantur. Peregrinæ item aues maximè uiſebantur, ubi ſtrages cadauerum eſſet. Vnde bellis ciuilibus* D *uenerunt aues nunquam antea uiſæ, ſpecie paulo infra columbas, quas appellabāt Betrientes: ut alij codices Pliniani habent, Bebriacenſes. Inſolitam auem Tacitus uiſam fuiſſe ſcribit ad Regium Lepidum in bello Othonis & Vitellij.* Lupi, *qui ſolent cadauera ſectari.* E*rumpere, egredi cum impetu.* Tendam, *im mittam.*

ZAR. Pugnabunt iaculis. *Per comparationem ſe nunquam in cōcordiam cum Ibide uenturum dicit.* Dum Thraces, *ſunt populi feroces inter omnes Europæ gentes, qui uitam facilè con-* F *temnunt, dum putant nonnulli eorum, obeuntium animas reuerti: alij non extingui, ſed magis beatas fieri, ut de Mirabilibus mundi ſcribit Solinus. Tradit autem Herodotus lib. quinto, Scythas olim Thraces habitos, qui eadem lingua omnes utebâtur, præter Getas & Thrauſos. Diuiſam Thraciam in ſtrategeas quinquaginta tradit Plinius. Iaculis in bello utebantur. Iaculum cum ferramento Aetolus Martis filius inuenit, teſte Plinio in ſeptimo.* Iapides arcu. *Arcum & ſagittam Scythem Iouis filium* G *inueniſſe Plinius docet. Scribit quoq; nonnullos uoluiſſe à Perſe filio Perſei ſagittas inuentas. Sunt autem Iapides populi iuxta Carniorum regionem. ad Timauum habitant. Vnde regio Iapydia, aut Iapygia, Appulia, ab Iapyge Dædali filio. Vnde rurſus Feſtus: Inſula ſe grandi Diomedis gurgite promit, Italiam ſpectans, & Iapygis arua Timaui. licet à uento alij. Strabo, Herodotus, Solinus, & Maro autores.* Dum tepidus Ganges. *Maximus inter orbis terrarum fluuios Ganges Indiæ habetur, qui incertis fontibus naſci, Nili modo inundare regionem perhibetur. Alij à Scythicis montibus exoriri ipſum uolunt, in quem decem & nouem influunt amnes, quorum multi nauigabiles: ubi minimus, latitudine octo milium paſſuum: ubi modicus, ſtadiorum centum altitudine, nuſquam minore paſſuum uiginti: ut Plinius, Strabo, & Solinus prodidere. Tepidus autem, quia ab Oriente calidißima mundi plaga uenit.* Frigidus Iſter erit. *Iſter fluuius celeberrimus in iugis Germanicis oritur montis Arnobæ, ex aduerſo Raurici Galliæ oppidi, per innumeras lapſus gentes, Danubius nuncupatur. Cum primùm autem Illyricum alluit, Iſter appellatur. Sexaginta amnes in ſe recipit, omnes fermè nauigabiles. Septem oſtijs Ponticum mare ingreditur: ut Pli-* H *nius, Strabo, & Solinus meminerunt. Ideo frigidus, quia ex Septentrione delabitur.* Tiberis *Romam urbem ſecat, & à Thuſcia uenit, pluribus nominibus appellatus. Nam prius Albula,*

deinde

A deinde à Tiberino Albanorum rege, ut tradit Liuius, Tibeberis dictus. Tiberinus poſtea nuncupatus: uel, ut tam Seruius, quàm quidam alij exiſtimant, à Tibride Siciliæ fluuio. ad quem cum perueniſſet Hercules, ab Erytheia ab occidẽte abducens boues, cum per hyemem multam ibi perpeſſus eſſet iniuriam, fluuio nomen dedit quaſi iniurioſo ἀπὸ τῆς ὕβρεως. Thæteus autem ait à contumelia Syracuſanorum itá fuiſſe appellatum, quòd apud fluuium crebras facerent aduentantibus iniurias. Aſclepiades uerò Mitylenæus per d exiſtimat hoc nomen ſcribendum: ait'que Eriſea Siculorum lingua Dybrin eſſe nominatum, à ſua magnitudine, uel impetu fluctuoſo, quòd Dymbris mare nominetur. Contendunt nonnulli ſcribendum eſſe Tibris ſine aſpiratione, & m ante b: in qua fuiſſe grammaticus Ariſtoſtophanes perhibetur ſententia. tametſi uideo Seruium foſſam dicere, quam ad obſtruenda mœnia ſua Syracuſani fodiſſent, E appellatam Tiberim eſſe per hoſtium pœnam, & iniuriam factam ἀπὸ τῆς ὕβρεως. inde Siculos, cum perueniſſent ad eam partem, ubi Roma eſt, tenuiſſent'que, Tiberim appellaſſe: & in ſacris quidem ait Tiberinum dici, in Xenolexia Tiberim, in poemate Tibrim. In manes, contra manes. Manes, teſte Seruio, animæ ſunt corporibus exutæ: ſi uerò Acronem ſequimur, dij boni.

Pugnabunt iaculis dum Thraces, Iapyges arcu, &c. Lege, MICYL. Iazyges arcu. Non enim Iapyges, qui Apuliæ populus eſt, neque Iapides, qui Venetiæ: ſed Iazyges, arcu & ſagittis peculiariter pugnabant, utpote Scythæ, et Cretis finitimi: de quibus abundè in libris Triſtium, & de Ponto dictum.

Verbera † torta dabunt ſonitum, nexæq́ colubris,
Conſcia fumabunt ſemper ad ora faces.
His uiuus furijs agitabere, mortuus ijſdem,
Et breuior pœna uita futura tua eſt.
Nec tibi contingent funus, lacrymæq́ tuorum,
Indeploratum proijciere caput.
Carnificisq́ manu populo plaudente traheris,
Infixusq́ tuis oſſibus uncus erit.
Ipſæ te fugient, quæ carpunt omnia, flammæ.
Reſpuet inuiſum iuſta cadauer humus.
Vnguibus, & roſtro tardus trahet ilia uultur,
Et ſcindent auidi perfida corda canes.
Deq́ tuo fiet, licet hac ſis laude ſuperbus,
Inſatiabilibus corpore rixa lupis.
In loca ab Elyſijs diuerſa fugabere campis,
Quasq́ tenet ſedes noxia turba, coles.

DOM. Faces nexæ colubris, [* ſæua] id eſt faces furiales. Conſcia, ſcelerum tuorum eſt. Futura breuior ſupplicijs. Ex diſci B ſplina Aegyptia, quam Orpheus carmine complexus eſt, dicitur antiquitas funus celebrare tanta religione, ut quoties eſſet omiſſum, mortui umbra errare putaretur. Nauis erat, quæ cadauera trans paludem in Aegyptum portabat ad quadraginta iudices, Charonte, qui lingua Aegyptia ſignificat magiſtrum nauis, cymbam regente. id non fiebat, niſi prius celebrato funere. Idem contingere putabant umbris apud inferos. Dion ſcribit. Funus. Exequias ſignificat. à funalibus, funus. Item Græcè dicitur φόνος, quod mortem ſignificat. Lacrymæ tuorum. Et hoc ex reli- C gione erat: quòd ab affinibus cadauer deploratur. Deplorata cadauera dicebantur, quibus luctus ultimus perſolutus erat. unde rempublicam deploratam dicimus. Iam uerbum ab hoc tractum, Conclamatum eſt, quando affines * euitantes [* eiulantes] conclamabant. Diciturq́; in omni re iam deperdita, quia poſt lacrymas affinium mortuum planè cadauer erat. Carnificis. Carnifices publico ſumptu conducebantur, inter quos Cadinus celeberrimus fuit. Oßibus uncus erit. Damnati unco trahebantur ad ſcalas Gemonias: aut in arenam, ubi ardebant. Hoc Iuuenalis: Et latum media ſulcum deducit arena. Media arena dicit ſulcum, dum trahitur unco damnatus. Plura in commentarijs Iuuenalis diximus. Vultures. Ad cadauera uolare biduo, aut triduo antequam expoſita ſint, autor eſt Vmbricus haruſpex crudeliſsimus temporibus Veſpaſiani, & nobilis carmine Iuuenalis.

Tardus, producens morſum. Canes. Hoc in Italia, & alijs locis damnatum erat: in Hyrcania celebre, & ſolenne. nam plebs, ut ſcribit Cicero, publicos alebat canes optimates domeſticos, à quibus mortui laniabantur. Silius libro decimotertio: Regia cum lucem poſuerunt membra, probatum eſt Hyrcanis adhibere canes. Licet. Permittentis. Ely- D ſij campi ſiue ſint in corpore Lunæ, ſiue in inſulis fortunatis, pijs tantum, & qui rectè uixerant dabantur: ut Tartarus ſceleratis hominibus, ubi iudice Rhadamantho furiæ ultrices ſcelera puniebant.

Nexæ'que colubris. ZAR. Furiæ infernales, quæ intortos anguibus capillos habent: & tres eſſe docuimus. de quibus hæc Cicero in ea, quam pro Sexto Roſcio ora- F tione habuit, dicit: Nolite putare quemadmodum in fabulis uidetis eos, qui aliquid impiè, ſcelerate'que commiſerunt agitari, & perterreri tædis ardentibus: ſua quemque fraus, ſuus error maximè uexat: ſuum quemque ſcelus agitat: amentia'que afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæ'que animi terrent: eæ ſunt impijs aßiduæ, domeſticæ'que furiæ, quæ dies, noctes'que parentum pœnas à ſceleratißimis filijs repetant. Tardus trahet ilia uultur. Vultur dicitur, uulturis, & uulturius. Præualent uulturum nigri. in excelſißimis rupibus nidificant. oua tredecim pariunt, ſi Vmbritio peritißimo haruſpici credimus. triduo antè, aut biduo, ubi G futura ſunt cadauera, uolant. Putarunt nonnulli ipſos ex alieno orbe uolare falſo. Satis autem liquet, neminem ipſorum nidos attingere, ut in decimo Naturalis hiſtoriæ autor eſt Plinius.

Tardus, perſeuerans. nam, teſte Nonio Marcello, tardus piger dicitur, & diuturnus, perſeuransq́;. ut apud Verg. in ſecundo Georgicorum: Media fert triſtis ſuccos, tardumq́; ſaporem. & hoc loco magis ſenſui conuenit, ut tardus pro perſeuerante accipias, quàm quod nonnulli interpretantur, producens morſum. ridiculum enim eſt Ilia dicta ab ina, quæ pars chartæ eſt tenuißima, ut Feſtus ſcribit. In loca ab Elyſijs diuerſa fugabere campis. De Campis Elyſijs diuerſa ab autoribus tradũtur. nam alij Fortunatas inſulas eſſe uolunt, ut Horatius, qui ita in Epodo ait: Manet Oceanus circumuagus arua beata, Petamus arua, diuites & inſulas, Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis, Et imputata floret uſque uinea. Has etiam Saluſtius in Oceano eſſe refert. Diodorus autem in Meridiano Oceano poſitas ſcribit: ibiq́; eſſe res admirandas tradit. Si uerò Lucanum ſequimur, Elyſios campos circa lunarem circulum eſſe dicemus. Ait enim: Quodq́; patet terras, inter lunæq́; meatus, Non H illic auro poſiti, nec thure ſepulti Perueniũt, * tunc genus omne tuum: & quæ dentur mœnia diſces. Quod etiam Seruius ſuper eo Verg. uerſiculo in quinto, Aeris in campis, eſt interpretatus.

A *Cum ergo bonorum animæ corpore migrabant, hæc petere dicebãtur loca, ubi plauſus, choreæ, et lætitiæ ſunt.* Hinc Tibull. *Hic choreæ, cantuſq; uigent, paßimq; uagantes* Dulceſonant *tenui gutture carmen aues.* Fert *caſiam non culta ſeges, totoſq; per agros* Floret *odoratis terra benigna roſis. & quæ ſequuntur.* Tartarus *malarum ſedes animarum erat, ubi perpetuæ tenebræ, luctus, & miſeriæ erant: ut ipſe quoque in eadem docet* E Elegia T.bullus: *At ſcelerata iacet ſedes in nocte profunda, Abdita quam circum flumina nigra ſonant: & reliqua.*

Siſyphus eſt illic ſaxum uoluensq;, petensq;,
Quiq; agitur rapidæ uinctus ab orbe rotæ.
Quæq; gerunt humeris perituras Belides undas:
Exulis Aegypti turba cruenta nurus.
Poma pater Pelopis præſentia quærit, & idem
Semper eget liquidis, ſemper abundat aquis.

DOM. *Siſyphus.* Siſyphus *filius* Aeoli *cum* Iſthmũ *infeſtaret, ad inferos detruſus eſt, ſaxum ſubducens in montem, quod ſemper deuoluitur.* Lucretius *negans inferos eſſe, ſcribit* Siſyphum *eſſe apud nos eum ſcilicet qui honores ſæpe petit, quamuis ferat repulſam.* Lucretius: Siſyphus *in uita quoq; nobis ante oculos eſt,* Qui *petere à populo faſces, ſæuaſq; ſecures* Imbibit, *& ſemper uictus, triſtiſq; recedit.* Hunc *ſe uidiſſe* Vlyſſes *teſtatur apud* Homerum. *unde fabulam noſtri poetæ celebrarunt.* Quiq;. Ixon, *filius* Antio- B *nis, &* Melanthus: *nonnulli ex noſtris ſcribunt, patrem* Phlegyam, *cum* Iunonem *ad ſtuprum prouocaſſet, ut ſcribit* Homerus, Latonam, *ad inferos truſus, circumagitur radijs rotæ frangentibus membra.* Exulis. Aegiſthus Thyeſtis *filius fuit.* Aegyptus *autem (ut* Euſtathius & Euripides *ſcribunt) frater* Danai, *filius* Beli, Aegypto *prouinciæ nomen dedit: cum filius quinquaginta nuptias celebrauit cum totidem filiabus* Danai *fratris, quæ maritum iuſſu paterno ſingulæ necarunt: præter* Hypermneſtram, *quæ* Lynceum, *ut* Euſebius *ſcribit,* Bucetum *ſeruauit. hæ dicuntur haurire aquam uaſe pertuſo ex puteis.* Hæc *fabula compoſita eſt ex hiſtoria. nam* Danaus Argos *irriguum aquis reddit, quibus carebat, multis effoßis puteis: inter quos quatuor erãt ſacri. quod uerſus* Græcus *indicat,* Argos *aquis uacuum* Danaæ *ſtruxere redundãs.* Lucretius *hac fabula captos amore repræſentari putat, qui leuißima in re diu laborant.* Lucretius: Hoc, *ut opinor, id eſt æuo florente puellas,* Quod *memorant laticem pertuſum cogere re in uas.* Belides, *neptes* Beli. Exulis, *profugi. nam exulauit, expulſus à* Danao *fratre.*

Poma *pater* Pelopis *præſentia quærit, & idem* Semper *eget liquidis, ſemper abundat aquis.* Tantalus Paphlagoniam *tenuit imperio, ditißimus fertilitate regionis, & ob multa metalla,* C *quæ illic erant, ut ſcribit* Strabo. In *pugna fuit aduerſus* Troẽ. *quoniam* Ganymedem *rapuerat, ut* Euſebius *ſcribit, dignatus deorum menſa,* Iouis *myſtica protulit mortalibus.* Vnde *apud inferos eſſe meruit ſitiens in aquis ori allabentibus, ut ſcripſit* Homerus. Quod *nonnulli dixerunt hoc ſupplicium datum, quoniam* Pelopem *filium* Dijs *hoſpitibus epulandum appoſuiſſet, falſum eſt.* Pendent *præterea poma, quæ quoties uult captare, uento dißipantur, ut ſcribit* Homerus: Aſt *ea ſublimes uentus contorquet in auras.*

ZAR. *Siſyphus eſt illic ſaxum uoluensq;, petensq;.* Aeoli *filius* Siſyphus, *teſte in ſexto* Iliados Homero, Iſthmon *latrocinijs occupabat, ita ut* Autolycam Autolyci *filiam* Laertæ *deſponſatam arripuerit, quam & compreßit, unde* Vlyſſes *natus creditur. quod in decimotertio* Metamorph. Ouidius *uidetur oſtendere:* Qui *ſanguine cretus* Siſyphio, *furtiſq;, & fraude ſimillimus illi,* In*ſeris* Aeacidis *alienæ nomina gentis.* Hunc Theſeus *interfecit, qui apud inferos hac afficitur pœna, ut ſemper cogatur ſaxum ad montis apicem uoluere: quod quamprimum in cacumina montis perduxit, ad ima relabitur, ut in eodem loco ſcribit* Ouidius. Aut *petis, aut urges rediturum* Siſyphe *ſaxum. & in* Hercule D *furente* Seneca: Ceruice *ſaxum grande* Siſyphea *iacet.* Lucretius *autem fabulæ huius figmentum aperit, ut per te ipſum uidere poteris.* Quiq; *agitur rapidæ uinctus ab orbe rotæ.* Ixion Antionis, & Melanthus Amythonis *filius, alij autem* Phlegyæ *uolunt:* * Eionei *filiam* Diam, *plurima dona pollicitus, deſpondit. ex qua* Pirithous *natus. ſed cum* Ixion *pollicitis minimè fidẽ ſeruaret, eius* * Bioneus *equos cepit.* Ixion *autem accerſito* * *genero, cui, quod fuerat pollicitus dixit ſeruaturum, ipſum in foueam coniecit. cumq; à* Ioue *purgatus eſſet, nam à quoque alio poterat purgari,* Iunonem *ſtupri auſus eſt interpellare. quod cum* Iupiter *cognouiſſet, in formam* Iunonis *nubem interpoſuit, cum qua* Ixion *cõcubuit: unde centauri nati ſunt.* Poſt *tamen meritas* Ixionem Iupiter *pœnas luere uoluit. namque apud inferos rotæ alligari iußit, quæ perpetuò uoluitur, ut in quinto* Diodorus *ſcribit. &* Tibul- F *lus quoque ait,* Illic Iunonem *tentare* Ixionis *auſi,* Verſantur *celeri noxia membra rota.* Quæq; *gerunt humeris perituras* Belides *undas,* Exulis Aegypti *turba cruenta nurus.* Beli Danaus & Aegyptus *filij fuere: quorum altero quinquaginta natæ ſunt ex pluribus mulieribus filiæ, totidemq; altero uirilis ſexus filij.* Acceperat *ab* Apolline Danaus *fore, ut à filio fratris pariter et genero eſſet occidẽdus. quare diu fratri aduerſatus eſt, qui in connubium neptes filijs dari uolebat. tandem* Danaus *penè coactus, fratri morem geßit, inſidijs confidens, ſe quod monuerat oraculum, euaſurum. etenim gladium unicuique filiarum dedit, quàm cum uiris nocte concumbendum erat, ut omnes tollerent. impiè omnes parentis iuſſa executæ ſunt, præter unam* Hypermneſtram *minorem natu, quæ* Lynceo *pepercit, à quo poſtea* Danaus *occiſus eſt, qui &* Armeus *quandoque, teſte* Euſebio, *dictus eſt. ideoq; apud inferos hac pœna torqueri hæ iuuenes perhibentur, ut in humeris aquam cribro ſemper gerant, quoad urnam impleant.* Vnde Tibullus, Et Danai *proles,* Veneris *quæ numina læſit,* In *caua* Lethæas *dolia portat a-* G *quas. & in* Metamorph. Ouidius: Moliri'que *ſuis lethum patruelibus auſæ,* Aßiduè *repetunt, quas perdant* Belides *undas. & in* Hercule *furente* Seneca: Vrnas'que *fruſtra* Danaides *plenas ferunt. & in* Medea, Vos'que *urnis quas feratis irritus ludit labor* Danaides *coire ueſtras, hic dies quærit manus.* Quid *autem* Lucretius *uelit ſub hac fabula intelligi, per tete inſpicito,* Aegyptum *regioni nomen dediſſe, quæ* Aeria *uocabatur, nunc* Aegyptus, *ut* Euſebius *tradit, qui ibi expulſo* Danao *regnauit.* Exulis: *ideo, quia* Danaus Argos *ſibi uindicauit, ut refert* Euſebius, *expulſo* Aegypto. Poma *pater* Pelopis *præſentia quærit, & idem* Semper *eget liquidis, ſemper abundat aquis.* Tantalus Iouis *ex* * Plote *nympha filius fuit,* Pelopis *pater,* Mœones *uocitatus, in* Phrygia *regnum habuit: bellum'que* Troianum *indixit, ob raptum filium eius* Ganymedem, *ut* Euſebius *eſt autor: qui deos hoſpitio ſuſcepit, quibus* Pelopem *filium epulandum appoſuit, alias mentitus eſſe carnes.* Dij *omnes ab huiuſmodi ſe epulis abſtinuerunt, una excepta* Cerere, *quæ humerum comedit. inde eburneum humerum* Pelopi Iupiter *fecit, ut in tertio* Georg. Vergil. Humero'que Pelops *in*- H *ſignis eburno.* Tantalus *autem tanto perpetrato facinore, à* Ioue *ad inferos detruſus eſt, ubi uſque ad labia in aqua merſus eſt: quæ, cum eam haurire uult, effugit.* Porrò *pomorum arbores ad os uſq; inclinari, quæ comedere minimè poteſt: et hoc*

ſemper

* Deioneo
* Deioneus
* ſocero
Vide Diodorum lib.5.et Commentatores Apollonij & Homeri.
* Pluto

A ſemper torquetur Tantalus cruciatu. Hinc in Hercule furente Seneca: In amne medio faucibus ſiccis ſenex ſectatur undas, Abluit mentum latex. eidemq́; cum iam Sæpe decepto dedit, perit unda in ore. Poma deſtituunt famem. & pluribus in locis. Ouidius tum in libro de Sine titulo: Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit. E Lactantius etiam addit, nonnullos dicere ideo Tantalum eo quo diximus modo torqueri, quia deorum conuiua, eorum hominibus prodiderit ſecreta. ideoq́; Statius: Et ſæuæ perijt iniuria menſæ.

Iugeribusq́; nouem ſummus qui diſtat ab imo,
 Viſceraq́; aſſiduæ debita præbet aui.
* Sic tibi de furijs ſcindet latus una flagello,
 Vt ſceleris numeros confiteare tui.
Altera tartareis ſectos dabit anguibus artus,
 Tertia fumantes incoquet igne genas.
Noxia mille modis lacerabit membra, tuasq́;
 Aeacus in pœnas ingenioſus erit.
In te tranſcribet ueterum tormenta uirorum,
 Manibus antiquis cauſa quietis eris.
Siſyphe cui tradas reuolubile pondus, habebis,
 Verſabunt celeres nunc noua membra rotæ.
Hic erit & ramos fruſtra qui captet, & undas,
 Hic inconſumpto uiſcere paſcet aues.
Nec mortis pœnas mors altera finiet huius,
 Horaq́; erit tantis ultima nulla malis.
Inde ego pauca canam: frondes ut ſi quis ab Ida,
 Et ſummam Libyco de mare carpat aquam.
Nam neq́; quot flores Sicula * naſcuntur in Hybla,
 Quot'ue † feret dicam terra Ciliſſa crocos.

DOM. Iugeribus. Tityus filius Iouis, & Helaræ, habitus eſt Terræ filius, quoniam à matre educatus eſt ſub ſpecu, metu Iunonis. Specu: illud demonſtratur, ut ſcribit Strabo, in Bœotia. is quoniam Latonam uiolauerat, in nouem iugera diſtentus, paſcit uultures. Vlyſſes apud Homerum: Et Tityum uidi Terræ omniparentis a- B lumnum. Inde addit iacentem in ſolo, & protentum ad nouem iugera. Summus qui diſtat ab imo, cuius caput à pedibus diſtat nouem iugeribus. Aui, uulturi. Homerus ſcribit uultures duos fuiſſe. Vna de furijs, Tiſiphone. In re tranſcribet ueterum tormenta uirorum, Manibus antiquis cauſa quietis eris. Tranſcribere, tranſferre eſt: tractum à colonia: quoniam, qui mittebantur, dabant nomina: & tranſcripti dicebantur. Pondus, ſaxum. Captet, qui frequenter ſtudeat capere. Nec mortis. Inchoatis imprecationibus utitur. nam cum ſuprà dixerit eum periturum, nec addiderit pœnam, nunc ait. Pœnas, quas dabis poſt mortem. Inde, ex numero tuorum malorum. Vt ſi quis carpat frondes in Ida. Ida filia Dardani fuit regis Scytharum. Ida C mater Memnonis: quamuis fabulæ Auroram tradiderint. Ida ſylua in Creta, à qua ſyluam Phrygiam Idam dixerunt Teucri à Creta profecti, ut Callimachus Elegiarum Poeta primus docuit. in hac proceritas arborum, & copia in admiratione eſt. Pinus profert, quæ nullam ſentiunt cariem, ut ſcribit Theophraſtus. De mare Libyco. Mare Libycum idem Africanum dictum eſt, & Notium ante Syrtes protenditur in Aegyptium uſque pelagus: profundum, Eratoſthenis ſententia, mille & quingentis ſtadijs, alibi numerum malorum comparat aquis Icarij maris: Tot premor aduerſis, quæ ſi comprehendere coner, Icariæ numerum dicere coner aquæ. Hybla. Ab Hyblone rege dicta eſt, ut placet Thucydidi: qui cum eam prodidiſſet Megarenſibus, effecit, ut ab his iterum conderetur, appellareturq́ue Megara. Strabo à Dorienſibus conditam ſcribit: tamen priſtinum nomen manſit propter mellis Hyblæi præſtantiam. Eſt enim eiuſdem nominis mons proximus thymo abundans. unde apes paſtæ, mel optimum conficiunt. Crocos. Crocus puer Smilacem amauit: ipſe conuerſus in florem ſui nominis, puella in hederam, quam Smilacem dicunt. hic flos cum loto & hyacintho ab Homero celebratur propter odoris præſtantiam. naſ- D citur magna ubertate, & præſtantia in Cilicia in monte Corycio, ut ſcribit Plinius. Strabo lib. 14. teſtatur ibi eſſe & antrum eius nominis.

Iugeribusq́; nouem ſummus qui diſtat ab imo, Viſceraq́; aſſiduæ debita præbet aui. Tityus Iouis ex Helara Orchomeni filius fuit, nouem iugerum magnitudine, à terra nutritus: quamuis alij Terræ filium dixerint. hic ab Apolline telis confoſſus eſt, eo quòd Latonam amarat: damnatusq́; eſt ea lege apud inferos, ut eius iecur uultur ſemper exedat, ut in ſexto Aeneidos ſcribit Vergilius. F licet Homerus uiciſsim dicat duos uultures ſibi in eius pœnam ſuccedere. Vnde etiam Tibullus: Porrectusq́; nouem Tityus per iugera terræ, Aſsiduas atro uiſcere paſcit aues. Lucretius autem hanc moraliter eſt interpretatus fabulam. Iugerum dictum à iunctis duobus actibus quadratis, qui colligunt ducentos et quadraginta pedes in longitudine: in latitudine uerò dimidium, ut Varro tradit, & Quintilianus libro primo Inſtitutionum. Iugeri quoque Plinius in decimooctauo Naturalis hiſtoriæ libro, Cato, & L. Columella in ſexto meminerunt. Aeacus in pœnas ingenioſus erit. Hic, Minos, & Rhadamanthus, Iouis & Europæ filij, apud inferos iudices ſunt, ut in ſexto Aeneidos Seruius docet. In te tranſcribet ueterum tormenta uirorum, Manibus antiquis cauſa quietis eris. id eſt, tranſducet. uerbum antiquum eſt tranſcribo, ad colonias attinens. Vergilius in ſexto Aenei- G dos: Et tua Dardanijs tranſcribi ſceptra colonis. Seruius. Tranſcribi, tradi. Sermo autem hic tractus eſt de pecunia. nam ſcribi, eſt dari. Horatius: Scribe decem Cenio: non eſt ſatis: adde cicutæ. Reſcribi uerò, reddi. Horatius: Dictantis quod tu nunquam reſcribere poſsis. Terentius, Argentum illud denuo reſcribi iube Phormio. Frondes ut ſiquis in Ida. Mons & ſylua in Phrygia, Ida dicitur. Homerus octauo Iliados ferarum parentem dixit, & locum, quem Gargarum uocant. item Ida in Creta. Ouidius Faſtorum libro quinto: Et Creta nobilis Ida. Et ſummam Libyco de mare carpat aquam. Libycum mare idem quod Africanum, in Aegyptum uſque protenditur, pauciſsimos ſinus in ſe recipit, ut Plinius in quinto tradit. Libycum à Libya, quæ, à Libye Epaphi filia nomen habet: Africanum uerò ab Africa, cui ab Afro Libys Herculis filio nomen eſt inditum, ſi Solino credimus. Andronicus uerò Halicarnaſſeus ait, Oceanum compreſsiſſe nymphas duas, Pampholigen, & Parthenopen: ex Parthenope quidem Europem habuiſſe filiam: ex Pampholige uerò Aſiam, & Libyam: unde orbis partes ſunt ap- H pellatæ. Hybla: Siciliæ oppidum, quod nunc Megara dicitur, ab Hyblone rege dicta, teſte Thucydide: florum copia ac præſtantia nobilis, quibus mel optimum confi-

* Hic
* naſcantur
† ferat

ZAR. Iugeribusq́; nouem ſummus qui diſtat ab imo, Viſceraq́; aſſi-

A conficitur. eſt etiam mōs eiuſdem nominis in Attica regione, uel Sicula thymo abundans. De melle Attico legas Plinium lib. 21.

Terra Ciliſſa crocos. Circa Corycium Ciliciæ crocum optimum habetur, inter cæteras electiſsimum, ut Solinus refert. ibi Corycos opp. eſt & ſpecus. Crocum autem adoleſcentem fuiſſe, poetarum fabulæ oſtendunt in florem ſui nominis tranſmutatū. E Sunt tamen qui Crocum dictū putent à Coryco Ciliciæ oppido. Teſtatur Strabo in nono, Parnaſſum celeberrimum Corycium nympharum antrum continere: idque eodem nomine, quo Cilicium, nuncupatum.

DOM.

Nec cum triſtis hiems Aquilonis inhorruit alis,
Quàm multa fiat grandine canus Athos.
Nec mala uoce mea poterunt tua cuncta referri,
Ora licet tribuas multiplicata mihi.
Tot tibi uæ miſero † uenient talesq; ruinæ: (*† ueniant*)
Vt cogi in lacrymas me quoq; poſſe putem.
Illæ me lacrymæ facient ſine fine beatum,
Dulcior hic riſu tunc mihi fletus erit.
Natus es infœlix (ita dij uoluere) nec ulla
Commoda naſcenti ſtella, leuiſue fuit.
Non Venus affulſit, non † ulla Iuppiter hora: (*† illa*)
Lunaq; non apto, Solue fuere loco.
Nec ſatis utiliter poſitos tibi præbuit ignes,
Quem peperit magno lucida Maia Ioue.
Te fera, nec quicquā placidum ſpondentia Martis
Sidera preſſerunt, falciferiq; ſenis.
Lux quoq; natalis, ne quid, niſi triſte, uideres,
Turpis, & inductis nubibus atra fuit.
Hæc eſt in faſtis, cui dat grauis Allia nomen,
Quæq; dies Ibin, publica damna, tulit.

Athos, mons altiſsimus, dictus aliquando ab Homero Thracius: cum & Thraciæ, & Macedoniæ ſit abſciſſus à continenti à Xerxe Perſarū rege interuallo paſſuum mille, & quingentorum. oppidum in cacumine habuit Acrocō. Athos dicitur, & nō Athon: quod nonnulli ſuſpicati ſunt. nam Athos, os ſyllabā producit, cum ω ſit apud Græcos, ut B Vergilij uerſus bene ſeruari poſſit. Ferat, producat. Ora multiplicata. Hyperbole eſt Homerica, cum eſſet deſcripturus numerū nauium. eam imitatus eſt Hoſtius in ſecundo belli Iſtri: Non mihi ſi linguæ ſint centum, atq; ora, ſint totidem. & demum Verg. Non mihi ſi linguæ centum. Tales, tam graues. Hic fletus, quem fundam in calamitatibus tuis. Natus es. Poſt Aegyptiā perſuaſionem ubiq; receptum eſt, aſtrorum motus infelicitatem, uel fœlicitatem naſcenti portendere. Iuuenalis: Dicat enim quæ Sidera te excipiāt modò primos incipientem Edere uagitus Petoſyris. cuius meminit Iuuenal. & Plinius in ſecundo & ſeptimo, in eo plurimum elaborauit. Fuit nonnunquam in contemptu. & habiti pernicioſi, qui hanc ſcientiam profitebantur: expellebanturq; ſæpenumero ex urbe mathematici. Idem enim uerbū ſigni- C cat apud Tranquillum, eos qui ex aſtrorum motu futura prædicebant. Ex hac diſciplina prædicit Poeta infœlicitatem Ibidi.

Venus. Planeta eſt infra Solem, cuius curſum & naturam Pythagoras Samius primus cognouit. Eam ſtellam alij Iunonis putarunt, alij Iſidis, alij matris deûm: cuius natura generantur, & animalium ſtimulantur conceptus, fœlicitatem & gratiam apud mortales portendens, ſi naſcenti affulſerit. Iupiter, ardore nimio Martis ſtellæ, & frigore Saturni, inter quæ duo ſidera eſt interiectus, interpretatur. Mercurij ſtella ab alijs dicta eſt Apollinis: fœlicitatem uel malum portendit, ſi aut bono, aut malo ſideri fuerit coniuncta. Mars uulnera, furorem, & perpetuam ferri inſaniam. Stella, à ſtando dicitur. Leuis, benigna. Non apto loco: nam pro uarietate regionum cœleſtium planetæ mutant naturam. Senis falciferi, id eſt Saturni: cuius ſidus malum eſt. Atra. Alludit ad dies atros, qui infauſti ſunt. Hæc eſt. Dies erant atri omnes poſt Idus, & Nonas, qui poſtriduani dicebantur, quod ſenatus decreuerat hac de cauſa. L. enim Aquinius aruſpex docuit ſenatum, Q. Sulpitium aduerſus Gallos pugnaturum ad Alliam flumen rem diuinā fe- D ciſſe, quo tempore ad extremū fortunæ diſcrimen res Romana concidit, poſtridie Idus Quintiles. inde ſuſceptum, ut poſtriduani dies atri haberētur. Plutar. ſcribit Poſtriduanos eſſe atros, quoniam inferis ſint dicati: cum dies præcedēs Cal. Nonas uel Idus ſuperis ſit dicatus: quēadmodum antiquitas Ianuarium menſem Iano, Februarium ſequentem inferis celebrat. Iidem dies dicuntur Allienſes, quoniam ob infœlicem pugnam ad Alliam ſint conſtituti. His nec Iouē, nec Ianum præfari fas erat, nec quenquam ſuperûm. Allia. flumen quindecim millibus paſſuum ab urbe diſtans, buſtis Romanis nobilis, deleto propè internecionē exercitu. F Grauis, infœlix. Faſti. libri dies feſtos continentes, redacti in uolumen à Cn. Flauio, ſcriba Appij Cæci, tanta gratia apud plebem, cum eos edidiſſet, ut creatus ſit ædilis curulis, præteritis duobus filijs conſulum, natus ipſe libertino patre. nā ante libros illos ab eo editos, cogebatur plebs rationem dierum quærere à principibus ciuitatis. autor Plinius.

Dies quæ protulit Ibin, eſt in Faſtis. Publica damna: nam ob publica damna dies atri erant conſtituti.

Hiems, quòd tūc multi imbres. hinc hybernaculū, hybernum: uel quòd anima, qua flatur, omnium apparet. Ab hiatu hiems, ut Varro eſt autor. Canus Athos. Macedoniæ mons Athos, ut tradit Plinius: etſi Thraciæ quandoque ab autoribus ponatur, ſæpe & Aemoniæ. Seneca in Medea: Aemonius illas contulit peſtes. Athos altiſsimus autem, cuius umbra ad Lemnon uſq; in- G ſulam protenditur, quæ octoginta ſex mil. paſ. à Macedonia ſeparatur. hinc lib. 5. Thebaid. Statius, Ingenti tellurem proximus umbra Veſtit Athon, nemorumq; obſcurat imagine pontū. à planicie in mare excurrit 75. mil. paſ. ambitus radicis 150. mil. colligit. Hunc Xerxes Perſarum rex continenti abſcindit in longitudine mil. paſ. Natus es infœlix. Teſte Ariſt. hæc inferiora ſuperioribus coniuncta ſunt, à quibus gubernantur. nam qui ſub bono planeta natus fuerit, fœlicitatem habet: & contrà ſub malo, infœlicitatem. ideo dicit Poeta, Ibidem infeliciſsimè natum, in cuius ortu ſtella nulla propitia fuit. Stella. Stellæ ſunt ſingulares, & erraticæ quinq;, ut docet Macrob. quæ non admiſtæ alijs, ſolæ feruntur. Non Venus affulſit. Infra Solē Veneris ſidus eſt, cuius naturam primus Pythagoras Samius deprehendit. ut Placet Plinio. Eſt autem Venus frigida, & humida: quæ ſi in natiuitate alicuius uictrix apparuerit, fœlicitatem illi portēdit. ut Haly tradit, ambitum ſigniferi tricenis, & duo de quinquagenis diebus peragit, ut in ſecundo Plinius ſcribit. Non illa Iupiter hora. Infra Saturnum Iupiter eſt, qui æqualis eſt temperatus: in natiuitatibus ſi bene affulſerit, fœlicitatē facit, mala auer- H ſatur. ideoq; Saturno contrarius duodenis annis curſum ſuū perficit, ut tradit Plinius. Lunaq; non apto. Lunæ ineſt frigida & humida natura: quæ ut cœleſtibus ſignis coniungitur, ita operatur.

Z A R.

A *operatur. in omnibus namq; Geminorũ partibus paupertatem, miſeriam, membrorumq́; mutilationem facit. malum & in Virgine portendit: ſicut & in Scorpione, ut Haly tradit. Curſum peragit ſuum uicenis, ſeptenisq́; diebus, & tertia diei parte.* Siue eclipſim dicit. *quoties Lunæ eſt eclipſis in alicuius ortu, malum ei imminet.* Sol'ue fuere loco. *Omnium planetarum Sol eſt optimus. per eum enim omnia generantur, & fœlicitatem mortalibus tradit, in Sagittario malus: ita & in Ariete.* Vel etiam eclipſim potes intelligere, *quæ interuentu Lunæ fit.* Sulpitius autem Gallus, *ſi Plinio credimus, apud Romanos cum tribunus militum eſſet contra Perſem regem, Lunæ, Solisq́; ratione defectus inuenit, apud Græcos uerò Thales Mileſius.* Nec ſatis utiliter. *Mercurij ſidus dicit admodum humano generi nociuum, ſi in Ariete fuerit, in Geminis, in Cancro, in Sagittario, ac in Capricorno.* Quem peperit Maia. *Notum penè omnibus, Iouem Atlantis filiam Maiam compreſsiſſe, unde & Mercurius natus eſt.*

Spondentia Martis; *planetam peſsimum. bella, interneciones, & litigia amat: & quando alicuius præeſt natiuitati, malum ſignificat, niſi aſpectum cum Ioue, aut Venere habuerit.*

Falciferiq́; ſenis. *Saturnus frigidæ & ſiccæ naturæ malum* B *ferè ſemper facit, ſi in alicuius ortu regnauerit.* Hæc eſt in Faſtis cui dat grauis Allia nomẽ. *Atri dies habebantur poſt Calendas, Idus, et Nonas, poſtriduani appellati. namq; Licinius haruſpex ex ſenatus præcepto retulit, Q. Sulpitium tribunũ plebis poſtridie Idus Quintiles contra Senones dimicaturum ſacrificaſſe: ita & ad Cremeram, multisq́; alijs in locis infœliciter dimicatum: quare hi dies infauſti habiti ſunt. Aliam autem Plutarchus nobis atrorum dierum rationem reddit. dicit enim priores menſium dies dijs ſuperis ſacratos, ſequentes uerò inferis: quibus purgationibus maiores quibuſdam utebantur, & mortuis parentabant: ſic & dies illos tris in menſibus principes feſtos, & ſtatos poſuerunt. Bos autem, qui ſequuntur tris dijs manibus attributos religioſos, & infauſtos habendos exiſtimarunt. Ait Varro: Dies Allienſis ab Allia fl. dictus. nam ibi & exercitu noſtro fugato, Galli obſederunt Romam. idemq́; Liuius in quinto ab Vrbe condita, & Vergilius in ſeptimo docent. Eſt aũt Allia fl. 11. lapide uia Tiberina ab urbe diſtans, è montibus Cruſtumerijs in Tiberim defluens.* B

MICYL. Lunaq́; non apto, Sol'ue fuere loco.) *Hoc eſt, nullo aſpectu bono, horoſcopum, ſiue ſignum aſcendens reſpexerunt. Significat autem Sol, uitæ atque anni conſtitutionem ferè, luna autem corporis: qui ſi nulla bona radiatione cum aſcendente ſigno cõparantur, ipſum quoq; natum infœliciorem, minusq́; durabilem futurum, Aſtrologorum dogmata tradunt.* Hæc eſt in Faſtis, cui dat grauis, &c.) *Videtur eſſe dictum Hæc eſt, pro, Eadem dies eſt in Faſtis, Allienſis, & quæ Ibin in lucem protulit. ut ſignificet, poſtriduana atq; atra die natum. Paulo pòſt, Ibin, publica damna, appoſitiuè dictum.* F

Qui ſimul impuræ matris prolapſus ab aluo eſt,
Cinyphiam fœdo corpore preſſit humum.
Sedit in aduerſo nocturnus culmine bubo,
Funereoq́; graues edidit ore ſonos.
Protinus Eumenides lauere paluſtribus undis,
Qua caua de Stygijs fluxerat unda uadis,
Pectoraq́; unxerunt Erebeæ felle colubræ,
Terq́; cruentatas increpuere manus.
Gutturaq́; imbuerunt infantia lacte canino,
Hic primus pueri uenit in ora cibus.
*Perbibit inde ſuæ rabiem nutricis alumnus,
Latrat & in toto uerba canina foro.
Membraq́; uinxerunt tinctis ferrugine pannis,
A' male deſerto quos rapuere rogo.
Et ne non fultum nuda tellure iaceret,
Molle ſuper ſilices impoſuere caput.

*Ebibit

DOM. Simul, cum primum.

Humum Cinyphiam. *Cur ait Poeta Ibin natũ eſſe in Cinyphia terra, quæ eſt in Libya. an ob hircos Cinyphios, qui fœtidi ſunt: ut oſtendat eum malè olere. nam qui malè olent, dicuntur hircoſi. Et Catullus hircum ſub alis malè olentib. habitare dicit.* An'ne potius placet, *quoniam autore Plutar. feræ monſtruoſæ ibi naſcebantur, conuenientibus diuerſis* C *animalibus ad eundem fontem ob penuriam aquarum in Libya, & ibi diuerſiſsimis miſtis. Vnde prouerbium illud ſuſceptum eſt, Africam ſemper noui aliquid afferre, cum noua monſtra ferarum produceret.* Cinyps *labitur ex monte Charitone, ut ſcribit Herodot. Oppidum eſt illic eiuſdem nominis, ut autor eſt Plinius. ſed dictio apud Plinium mendoſe eſt ſcripta, Cinyphos pro Cinyps.* Bubo. *Acherontis filius & Orphnes nymphæ, conuerſus in auem ex Aſcalapho ob accuſationẽ Proſerpinæ. auis funebris eſt publicis rebus, non priuatis, præſertim ſi in luce appareat: quemadmodum noctuæ, & ululæ, quæ omnes ſunt aues nocturnæ. Cellam Capitolij intrauit Popilio, et Pediano conſulibus, qua de cauſa urbs eo anno luſtrata eſt. conuenit igitur augurium bubonis in Ibidem, cum ſuprà eum dixit publica damna.* Graues, querulos. Eumenides, *furiæ infernales dictæ quaſi benignæ, per contrarium.* Paluſtribus undis. *nam aqua paluſtris, infœlicis ominis eſt, & repudiata à ſa-* D *cris, quibus uiua aqua fluuiali uti fas erat.* Vnda caua, *obſcura: quemadmodum nubem dicimus cauam.* Erebeæ colubræ, *infernales colubræ.* Ter: *nam ternarius numerus in ſacris adhibebatur præſertim magicis, ut eſt apud Vergiliũ. Hunc numerum ad ſacra pertinere, ſcribit Ariſtot. in principio de Cœlo.* Lacte ca. *ut futurã rabiem portenderet: nam canes ad rabiem ſunt proni.*

Perbibit rabiem, *hoc eſt quod Quintilianus ex teſtimonio Chryſippi, & Phauorinus apud Aulum Gellium diſputant, mores infantis formari ex lacte nutricis: propterea cẽſebat Chryſippus nutricem doctam eſſe dandam infanti, quẽ uelimus oratorem. Ex hac diſciplina illud extat Vergil. Hyrcanæq́; admorunt ubera tigres.* G

Ferrugine: *nam color infernalis ferrugineus eſt, & cymba Charontis ferruginea eſt, apud Poetam.* Malè, *hominis damnati.*

ZAR. Cinyphiam fœdo. *Cinyps Garamantum fluuius eſt, teſte Herodoto, in quarto à Charitone collo profluens in Libycum mare, inter duas Syrtes cadit: paſcitq́; hircos maximos, quibus & nomen à ſe dedit. nam Cinyphij dicuntur. Vergilius Georgicorum tertio: Nec minus interea barbas, incanaq́; menta Cinyphij tondent hirci, ſetaq́; comantes Vſum in caſtrorum & miſeris uelamina nautis. Cinyps autem in genitiuo facit Cinyphis. & ſunt tria tantum, quæ cum faciunt nominatiuum in pſ. genitiuum mittunt nõ ut cætera per b, uel per p. ſed per f. Cinyps phis, Catelips phis, Sciraps phis.* Nocturnus culmine bubo. *Aſcalaphus Orphnes, & Acherontis filius, ut in quinto Metamorph. Ouidius ſcribit, Proſerpinam apud inferos comediſſe accuſauit, quare in bubonem uerſus eſt. Bubo autem fune-* H *bris eſt auis, & maximè abominatus, publicis præcipuè auſpicijs, noctisq́; monſtrum: nec cantu aliquo uocali, ſed gemitu. Capitolij cellã intrauit Sex. Popilio Iſtro, L. Pediano conſulibus.*

A quamobrem Nonis Martijs eo anno urbs luſtrata eſt, ſi Plinio credimus in decimo ſic tradenti. Protinus Eumenides: infernales furiæ, quæ Eumenides κατ᾽ ἀντίφρασιν appellantur, id eſt immites. Latuere paluſtribus undis. nam aqua paluſtris maculat, uiua uerò lauat. Vergil. Donec me flumine uiuo Abluero.

Erebeæ colubræ. Furias etiam dicit, quæ crines anguibus intortos habent. Erebus autem tartarus in uiſceribus terræ eſt, ubi furiarum ſedes. Terq; cruentatas. Ternarius numerus perfectiſſimus habetur: ac (ut Ariſtot. inquit. in primo de Cœlo, & mundo) dijs immortalibus deputatus. Vinxerunt, ligarunt. Solebant priſci natum infantē pannis inuoluere. quam cōſuetudinem adhuc obſeruamus. Ferrugine, mortuorum colore. Ferrugo enim eſt coloris genus, uicinum purpuræ ſubnigræ, ut tradit Seruius. Hinc Vergilius: Pictus acu chlamydem, & E ferrugine clarus Hibera. & alibi: Et ferruginea ſubuecta corpora cymba. Ferrumē uerò, ut ſcribit Plinius, bitumen eſt ferruminatis Babylonis muris, ut dixit Liuius. & Ferruminare, eſt conglutinare. Malè, ualde. Malè, & bene, inquit Donatus, pro ualde ponitur ſæpiſſimè. Malè etiam pro non, & magno legimus apud Plautum. Rogo. Rogus eſt, cum ardere cœperit. Terentius: Circum accenſos decurrere rogos. Silice. Silex lapis, ex qua ignis excuditur. Et communi genere inuenitur. Iuuenal. Nec melior ſilicem pedibus quæ conterit atrum. Vergilius autem fœminino genere dixit: Stabat acuta ſilex præciſis undique ſaxis. Ignem ex ſilice primus inuenit Pyrodes filius, ut Plinius ſcribit in ſeptimo.

DOM. De uiridi ſtipite. nam faces uirides infœlices ſunt, propter fumum.

Cauſa ſufficiente, cauſa lacrymarum ſemper B durante. Pulla ſtamina. Infœlices dicuntur habere in manibus Parcarum ſtamina nigra, fœlices alba. Papinius: Iamq; dies aderat Parcarum conditus albo Vellere. Hoc autem eſt ex diſciplina Hetruſca, ut Macrobius ſcribit, et nos in commentarijs Silij diximus. Longa præſagia. Hoc dicit propter magnitudinem calamitatum. Per tuos luctus, tuis calamitatibus. Ne'ue. Orditur imprecationem incipiēs à malis Troianis. nam

Iamq; receſſuræ uiridi de ſtipite factas,
Admorunt oculis uſq; ſub ora faces.
Flebat, ut eſt fumis infans contactus amaris,
De tribus eſt cum ſic una locuta ſoror,
Tempus in immēſum lacrymas tibi uouimus iſtas:
Quæ ſemper cauſa ſufficiente cadent.
Dixerat, & Clotho iuſſit promiſſa ualere,
Neuit & infauſta ſtamina pulla manu,
Et ne longa ſuo præſagia diceret *ore,
Fata canet uates qui tua, dixit, erit.
Ille ego ſum uates, ex me tua uulnera diſces,
Dent modò di uires in mea uerba ſuas.
Carminibusq; meis accedant pondera rerum,
Quæ rata per luctus experiere tuos.
Neue ſine exemplis æui cruciere prioris,
Sint tua Troianis non leuiora malis.
Quantaq; clauigeri Pæantius Herculis hæres,
Tanta uenenato uulnera crure geras,

*horæ

& à Stipe, non à ſtipite, Stipendium appellatū.]

De tribus. Tres ſorores eſſe Potæ tradunt, in quarū manibus fata hominum ſunt conſtituta, quas Parcas κατ᾽ ἀντίφρασιν appellant. Singulæ uerò quod peragant, habent: Clotho baiulat, Lacheſis filat, Atropos autem fila frangit: ita, ut cum alicuius filia diſruperit, morte moriatur. Dicta'que eſt Atropos ab α priuatoria particula: & τρεπω, conuerſio, quaſi ad nullius conuertatur preces. F

Mouimus: admouimus, uel excitamus.

Clotho, quæ una eſt ex Parcis, ut docuimus. Eſt & nympha marina

oratoris eſt narraturi aliquid, cumulum quendam rerum proponere, tum deducere ſingula, ut hoc loco facit. Prioris æui, C antiquitatis. Inſultans hoc dixit Poeta. Quantaq;. Philoctetes, comes Herculis, ſolus morituri rogum auſus eſt ſuccendere, rogante id Hercule. in cuius rei præmium fatales ſagittas hydræ ueneno tinctas Hercules ei reliquit, ſine quibus reſpondit oraculum Troiam capi non poſſe. Vlyſſes Philoctetem ad Troiam ducere uoluit, ſed in Lemno manſit, uulneratus lapſa è pharetra ſagitta. Lycophron ab Homero diſſentiens, et noſtris Poetis, ſcribit eum Troiam perueniſſe unà cum Vlyſſe. Strabo Philoctetem profugum fuiſſe ex patria narrat, & Petiliam urbem in Brutijs ab eo conditam fuiſſe. Addit Appollodorus, eum coloniam in Siciliam miſiſſe. Vulnera ſagittæ acerbiſſima fuerunt, ut ex Philoctetæ lacrymis apud Lycophronem & Sophoclem diſcimus.

ZAR. Stipite. Stips. ſtipis, truncus eſt arboris. Cicero: Nullius autem agricolæ cultu ſtips tam diuturna, quàm Poetæ uerſu ſeminari poteſt. Græcè dicitur στύπος ut eſt apud Orpheum μέσσῳ δ᾽ ὑψόμενος ἐπὶ στύπος ἄλλος ἄλσει πολλῷ ὑπλωτῆ, Stipitē uerò nummum ſignatum eſſe, Varro & Feſtus docent: à quo ſtipendium deductum. [Verſus qui ex Orpheo citatur, eſt in Argonauticis, ubi de aureo uellere loquens Poeta: In medio, inquit, D altus ſiue ſublimis ſtipes phagi erectus erat, denſo circùm nemore & ramis undiq; ſeptus, &c. Cætera quæ de Stipitis & Stipis ſignificatione à Commentatore afferuntur, corruptè citantur. Apud Ciceronem enim Stirps, non Stips legendum. Deinde

eiuſdem nominis apud Vergiliū: Magniq; iubebo Aequoris eſſe deas, quales Nereia Clotho Et Galatea ſecant. Stamina. À ſtando ſtamen appellatur, quòd ſtat in tela uelamentum. Varr. G

Præſagia, diuinationes, à ſagis dicit Lactant. diuinis. Hinc præſagia mentis, diuinationes. Sagum genere neutro, eſt genus panni. Sagariam factitare apud iuriſconſ. eſt uendere: Et ſagaria apotheca. Dicitur præſago, gis. dicit Caper. Cicer. autē præſagio. Saga, inquit Feſtus, dicitur mulier perita ſacrorum, ut uir ſapiens, producta ſyllaba propter ambiguitatem euitandā. Sagaces dicuntur ſolertis acuminis: ut etiam canes indagatores, ſagaces ſunt appellati. Vates antiquos. Poetas uates appellabant à uerſibus uiendis in poematis. Cum ſcribam, * oſtendam corpore tartarino prognata palude uirago. Varr. Rata: firma, ſtabilia. Aeui. Aeuum ab ætate omnium annorum. Hinc æuiternū Græci dicunt ab αἰών, ut ſcribit Varr. Troianis malis. Notum eſt Troiæ excidium ex lectione tum Græcorum, tum etiam Latinorum: quare prætereundam hiſtoriam cenſeo.

Herculis. Hercules Iouis ex Alcmena filius fuit: dictusq; Hercules, quaſi ἥρας κλέος, id eſt Iunonis gloria. Pæantius Hercul. Philoctetes, Pæantis filius ex Melibœa urbe, compulſus ab Hercule iurare corporis ſui reliquias non indicaturum, ab ipſo pro munere ſagittas felle hydræ intinctas accepit, ſine quibus H Troia capi non poterat. Inuentus eſt Philoctetes haſce habere ſagittas, et coactus Herculis tumulum manifeſtare. Locum autem ne peieraret, pede percuſſit. à Græcorum itaq; ducibus Troiam ductus eſt Philoctetes: ſolus enim huiuſmodi ſagittis uti poterat.

Fortè

A Fortè per ſagittam ipſius eſt pes uulneratus: uel, ut alij, crus. quo ex uulnere intolerabilis effluxit fœtor. quamobrem Græci, autore Vlyſſe, ipſum in Lemno reliquerunt. Quod Ouid. tetigit in Metam. Alij ictum ſerpente tradunt, & à Machaone curatũ. Propertius: Tarda Philoctetæ ſanauit crura Machaon. Nonnulli telo percuſſum, à Machaoneq; ſanatum, & Troiam profectum uolunt. Alij poſt Troiæ euerſionẽ Calabriam ueniſſe af- B firmant: & Petiliam, ac Turinam condidiſſe. Vergil. Hæc illa ducis Melibœi Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro. & alia Sagius Proclus & Por. Homer. comment. ſcribunt de Philoctete quoq; Sophoc. & Ser. Crure. Crura, partes tibiarum anteriores, ſicuti poſteriores, ſuræ.

Nec leuius doleas, quàm qui bibit ubera ceruæ,
Armatuſq; tulit uulnus inerme potens.
Quiq; ab equo præceps *in Aleis decidit aruis,
Exitio facies cui ſua penè fuit.
Id quod Amyntorides uideas, trepidũq; miniſtro
Prætentes baculo luminis orbus iter.

*alienis

DOM. Nec leuius doleas, quàm qui bibit ubera ceruæ. Telephus filius Herculis, & Auges filiæ Alei inter uirgulta inuentus eſt, nutritus cerua, donatus à paſtoribus Corytho Theſſaliæ regi. Dum ex oraculo didiciſſet matrem fugientem paternam iram, uel potius emiſſam à patre ob ſtuprum cum Hercule perueniſſe in Myſiam, eò ſe contulit: ubi à Teuthrante rege, & Auge ducta eſt uxor, & Telephus factus filius ſucceſſor regni, uulneratus eſt ab Achille. In
B quo etſi noſtri conſentiunt omnes, tamen Euſtathius ueterem altius repetit hiſtoriam. Scribit enim Græcos ignorantes iter ad Troiam, perueniſſe prius in Myſiam per errorem, ubi Telephus rerum potiebatur. Telephumq; deſcendiſſe in pugnam aduerſus externos, inſequentemq; Vlyſſem uitis trunco offenſum cecidiſſe, ibiq; uulneratum ab Achille, qui imminebat: tum Græcos à littore propulſatos, in Græciam rediſſe. Cum autem reſpondiſſet oraculum Telephi uulnus ſanari non poſſe, niſi eodem loco iterum ab Achille uulneraretur, in Græciam nauigauit: promiſitq; Achilli in præmium ſanati uulneris, ſe ducem futurum ad littus Troianum. quod actum eſt. Fabuloſior ita habet hiſtor. Sed Plinius ſcribit uulnus Telephi ſanatum ab Achille admiſta ferri rubigine emplaſtro. unde Achilles, inquit, pingitur decutiens cuſpidem in Telephi uulnus. Quiq;. Bellerophontem accuſatum ab Antea, ut ſcribit Homer. & Hygin. uxore Prœti Abantis filij, quòd uim inferre uoluiſſet. Vulgata eſt hiſtoria: quo crimine Prœtus eum miſit, ut Hygin. ſcribit, ad Iobatem, ut alij, ad Eurien Lyciorum regem patrem Anteæ, ut famulus Chimæræ, quæ Lyciorũ fines uaſtabat, eum obijceret. ſed uictor adeò Iobatem regem commouit, ut ei data ſit * Achimene in uxorem, ſo-
C ror Anteæ, & regis filia. poſt effoßionem fontis à Pegaſo cõtendit euolare in cœlum: ſed in altum ſublatus, in terram deſpiciẽs, adeò eſt perterritus, ut ceciderit. Pegaſus autem in cœlum ſubuolaſſe, & eſſe inter aſtra. Anteam alij appellarunt Sthenobœam. Bellum Bellerophontis & Piſandri eius filij in Solymis ſcribit Strabo. Nam eos populos à Bellerophonte expugnatos, hiſtoriæ credimus. Id quod. Phœnix (ut de alijs eiuſdẽ nominibus ſileamus) filius Amyntoris fuit, filij Cercaphi, quem Ormenius genuit. * Crites ſcribit eum Phocenſem fuiſſe. hic, cum haberet rem cum pellice patris, ut autor eſt Hom. delatione nouercæ accuſatus aufugit, uenitq; ad Peleum Achillis patrem. Vbi perpetuus comes & magiſter Achilli fuit. hunc cæcum fuiſſe, non tradidit Homer. ſed apud interpretem Lycophronis eum in patriam reuerſum, aſpectu non potuiſſe frui, quoniã oculis carebat. Quod addunt quidam, à filijs eum cæcatum, non reperio.

*Anticlea

ZAR. Nec leuius doleas. Apud quendam uetuſtißimum interpretem legere eſt, Calydonẽ, & Dareum fratres fuiſſe, Thaletis filios. ſolebat Dareus lacte ceruæ homines interficere. à ſuis poſtremò armis circunſeptus, eodem genere mortis, quo multos enecauerat, & ipſe coactus eſt mori. Idq; approbat Euphorionis teſtimo-
D nio: cuius ſunt uerſus: Lac ceruæ potando ſuos Dareus perimebat, Exemploq; ſuo potu peremptus. Ego autem propter ſequentem uerſum Telephum intelligo. At ſi duplicem hiſtoriã his duobus carminibus intellexerimus, non ſanè ab re uideri debet. Hic igitur Telephus, docente Diodoro, Herculi Auge Alei regis Arcadiæ filia, in Parthenio monte peperit, ibiq; eum reliquit: quem poſtea paſtores regis Corinthi ceruam, exhibito ubere, nutrire inuenerunt, infantemq; ad regem detulerunt: qui ut filium ſuſtulit, ac Telephum, quia à cerua nutritũ, appellauit. *ἔλαφος enim cerua eſt. Cum autẽ adoleuiſſet, matrẽ conſtituit inuenire. Quare Apollinis Delphici oraculũ conſuluit, à quo ad Teuthrantẽ regem in Myſiam iuſſus eſt proficiſci, ubi matrem reperit. Ipſe in magno honore à F
rege propter Herculẽ parentẽ habitus eſt. cui Argiopen *Teuthrantes filiam deſpondit: hæredemq;, quia liberis maſculis carebat, regni fecit. Telephus autem, quo tẽpore bellum Troianum exarſit, in Myſia regnabat. quò Græci cum appuliſſent, inermesq; è nauibus exiliſſent, uim eis intulit: unde ab Achille in ſiniſtro femore fuit uulneratus. Cumq; ſanari minimè poſſet, Apollinem conſuluit. Qui reſpondit, iterum ab Achille uulnerari oportere. à quo rurſus uulneratus, conualuit. ut alibi Ouidius: Vulnus Achilleo quæ quondã fecerat hoſti, Vulneris auxilium Pelias haſta tulit. Claudianus autem ab Achille herbis ſanatum tradit: Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis, Cuius pertulerat uires, & ſenſit in uno Lethalem, placidamq; manum medicina per hoſtem Contigit, & pepulit, quos fecerat ipſe dolores. Quid uerò Plinius ſentiat, appoſui: Eſt & rubigo, inquit, ipſa in remedijs. & Telephum proditur ſanaſſe Achilles, ſiue id ærea, ſiue ferrea cuſpide fecit: ita certè depingitur, ex ea decutiens gladio. Vulgus inerme. Quia (ut diximus) Græcos, qui ſine armis tunc erant, inuaſit. Legitur etiam Vulnus.
Quiq; ab equo præceps in Aleis decidit auris. Bellerophontem G
dicit. Hic genere Neptuni, nomine Glauci filius, primùm Hipponûs dictus, ab interfecto dehinc Corinthio Bellero, Bellerophon, ſiue (ut alij uolunt) Bellerophontes eſt appellatus, qui ob cædem, ſi Aſclepiadi credimus, in pedes ſe dedit, accepto Pegaſo equo à Neptuno: quo Argos ad Prœtum regem peruenit. qui ipſum hoſpitio ſuſcepit: cuius amore regis uxor Sthenobœa, uel (ut placet Homero) Antios Iobatis regis, ſiue Euriæ filia deperibat. Quare mulier amoris impatiens, ipſum in ſuam trahere ſententiam eſt conata. Quod cum impetrare non quiſſet, marito Bellerophontem eſt criminata. Perſuaſus Prœtus ſceleris, ne hoſpitalitatis ius uiolaret, ad Iobatem ſocerum, uel Eurien in Lyciam cum literis, quibus res continebatur, occidendum miſit. Quò cum maturè, inſcius tanti mali, Bellerophon ſe contuliſſet, Iobaten, aut Eurien malis, per nouem dies (ut Homerus ait) ſacrificijs uacantem comperit. quibus exactis, literas legit. Inde iram odiumq; dißimulans, uarijs ipſum periculis tollendum oppoſuit. Cum Chimæra primùm certare iußit, monſtro admodum timendo. Cuius, tradente Homero in libro ſexto Iliados, hæc erat forma, πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. Quem uerſum Lucretius uertit: Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimæra. Quo ſuperato, contra Solymos H
ferocißimum bello populum miſſus, uictor redijt. Inde occiſis Amazonibus, inſidiantibus ei hominibus regis iuſſu interfectis, in generum tot rebus geſtis à rege aſciſcitur, data Achimene fi-

*Teuthras

A lia(uel ut alij tradunt) Caſſandra uxore, ex qua Iſandrum, Hippolochum & Laodomiam, quæ ex Ioue genuit Sarpedonem, filios habuit. Bellerophontes autem poſt fontis inuentionem, euolare in cœlum uoluit. cumq́; ex alto deſpiceret, perterritus decidit. Ac ita periſſe Hygin. oſtendit: equus uerò inter ſidera eſt à Ioue conſtitutus. At poeta Gallus his carminibus ipſum caput fregiſſe ſcribit, Bellerophon monſtrum potuit ſuperare Chimæram, Et fregiſſe caput dicitur ipſe ſuum. Facies. Vniuſcuiuſq; rei apparentia, facies appellatur. Quare os hominis facies dicitur, uultus autem à uolendo deducitur. Id quod Amyntorides. Amyntor, Ormeni filius, ex Hippodamia Phœnicem filiū habuit. hunc cum Clytia patris pellice rem habuiſſe, Homerus tradit, matre ſic uolente. quod cum pater reſciuiſſet, in filium eſt imprecatus, ut numquam filium ſuſciperet. quod Plutonem ac Proſerpinam audiſſe, apud Homer. Phœnix dicit. alij obcæcatum tradunt. hic ad Peleum patrem Achillis profectus eſt, quem Chiron centaurus ſanauit. Propertius, Sanauit crura Machaon Phœnicis, Chiron lumina Phillyrides. & Achilli præceptor eſt datus, cum quo ad Troiam iuit. Orbus. Quicunq; re aliqua cara priuatur, orbus dicitur. Iter, dicitur & itiner, ut admonet Priſcianus.

B

MICYL. Armatusq́; tulit uulnus inerme potens.) Ita quidem plerique uerſum hunc legunt, ut ſit dictum κατ' ἀσύνδετον, pro Armatus & potens tulit inerme uulnus. hoc eſt, ut Commentatoribus placet, ab inermi Achille: quaſi Achilles ſola haſta armatus fuerit in pugna contra Telephum, cætera nudus. Vel rurſum, ut nomē potens ad uulnus referamus, ſitq́; ſenſus: Armatus tulit uulnus inerme, ſed potens, ſ. quia incurabile erat, præterquàm ſola haſta Achillis. Et hoc quidem modo Zarottus & Domitius uerſum hunc fermè accipiunt. Ego uerò hactenus dubitabam, an ita potius legendum foret, Armatusq́; tulit uulnus in arma potens: ut id uulnus in arma patere accipiamus, quòd armis Achillis ſcilicet factum, armis iiſdem denuò feriendum, atq; ita curandum erat. Verùm cum hæc annotarem, commodum incidi in editionē quandam Venetam, in qua idem hic uerſus correctus, & ad marginem adiectus erat hoc modo: Qui tulit armati uulnus, inermis opem. Hanc igitur correctionē & ipſe ſecutus, propterea quòd hic uerſus Ouidianæ elegantiæ magis reſpondet, ſenſumq́; expeditiorem ac planiorem efficit, paucis immutatis, lego, Armatiq́; tulit uulnus, inermis opem. ut ſit ſenſus: Qui uulnus ab armato, id eſt hoſte Achille accepit, quod poſtea eiuſdem illius reconciliati auxilio & ope curatum fuit. In Aleis decidit aruis.) Aleis legendum eſt, non ut quidam codices habent, Alienis. Alludit autem Poeta ad uerſus Homeri, qui de Bellerophonte leguntur Iliad. 6. hoc modo,

ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ κεῖνος ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν,
ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο
ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων. F

Nam quòd Græcus poeta, per diſſolutionem dixit ἀλήϊον, id Latinus cōtractim Aleū fecit. Fuit aūt Aleus, ſiue ἀλήϊος campus Ciliciæ, ἀπὸ τῆς τοῦ βελλεροφόντου ἄλης, τουτέστι πλάνης, & Græci tradūt, appellatus. Porrò eadem uoce & Cic. utitur in 3. Tuſc. uerſus Homeri exponens, hoc modo:

Qui miſer in campis mœrens errabat Aleis,
Ipſe ſuum cor edens, hominum ueſtigia uitans.

Sed hæc eadē etiam alij annotarunt.

Nec plus aſpicias, quàm quem ſua filia rexit,
Expertus ſcelus eſt cuius uterq; parens.
Qualis erat, poſtquam eſt iudex de lite iocoſa
Sumptus, Apollinea clarus in arte ſenex.

DOM. Nec plus. Oedipus inceſta matre, & patris nece infamis ob ſceleris conſciam cæcatus eſt, regebaturq́; cæcus ab Iſmena filia. quamuis Diod. hiſtoriam ſecutus, aliter ſcribat. Qualis. Tireſias ſumptus iudex à Iunone, & Ioue, uirí ne an mulieris libido maior eſſet, ſententiam tulit in Iunonē, à qua oculis eſt priuatus: ſed Iupiter conſolatus eſt eius calamitatem honore. nam dedit diuinandi artem. hic prædixit Thebarum interitum, ſuaſitq́; ciuib. ut fugerent, euerſa urbe captiuus, quoniam in itinere aquam ex Tilphuſa fonte bibiſſet, mortuus eſt, ut ſcribit Pauſanias. Daphne eius filia, quæ poſtea dicta eſt Sibylla, uaticinandi arte edocta, multa ſcripſit reſponſa. unde Homer. poema ornauit. Tireſiæ meminit Homerus in carmine magico.

C

ZAR. Nec plus aſpicias, hoc eſt Oedipus. cuius genealogiam altius repetamus: Iupiter *Hellen genuit, † Helle Belum, Belus Abantem, Abas Agenorem: Agenoris fuere filij Europa, Cilix, * Baſſus, & Cadmus, Cadmi Polydorus, Polydori Labdacus, Labdaci Laius, Laij Oedipus, qui ex matre Iocaſta Creontis filia Eteoclem, Polynicem, Antigonem, & Iſmenen habuit filios. Pater Oedipi Laius Thebarum rex, oraculo conſulto, an filios eſſet habiturus, huiuſmodi ab eo accepit reſponſum, teſte Aſclepiade in Tragœdia: λαϊε λαβδάκιδη παίδων γένος ὄλβιον αἰτεῖς· δώσω σοι φίλον υἱὸν, ἀτὰρ πεπρωμένον ἐστι, σοῦ παιδὸς χείρεσσι λιπεῖν φάος. ὡς γὰρ ἔνευσε ζεὺς κρονίδης πέλοπος στυγεραῖς ἀραῖσι πιθήσας, οὗ φίλον ἥρπασας υἱόν. ὁ δ' ἤξατό σοι τάδε πάντα. id eſt: Lai Labdacide filiorum genus luculentum quæris: dabo tibi carum filiū, ſed in fatis eſt tui filij manibus linquere uitam. ſic enim annuit Iupiter Saturnius Pelopis infeſtis imprecationibus perſuaſus, cuius carum rapuiſti filium: hic autem precatus tibi hæc omnia. Quare perterritus Laius, quos uxor filios procrearet, iuſſit interfici. Natus eſt autem puer, quem, perforatis pedibus, ſi Statio fidem adhibemus, ac Aſclepiadi, parētes regio paſtori interficiendū dederunt. qui ipſum ad arborem uimine ſuſpendit: quemadmodū etiam ipſe tragicus Seneca teſtatur in Oedipode: Me, Deo teſte, damnauit parens, Calidoq; teneros tranſtulit ferro pedes: Et in alta nemora pabulum immiſit feris. Diodor. autem nō ligatum uimine dicit à paſtore, ſed traditum Polybiæ mulieri nutriendum: qui cum adoleuiſſet, certior de ſua expoſitione factus, Apollinem de parentibus conſulere decreuit, ad quem fortè & Laius proficiſcebatur, ut de expoſito infante aliquid cognoſceret. cumq́; inuicem ſibi in Phocide obuiaſſent, iuſſit rex ſuperbè de uia Oedipum decedere. Indignatus Oedipus, patrem interfecit: inſcius tamen parentē eſſe. Deinde ſuperata Sphinge, regnum Thebarum adiuit, ac matrē duxit uxorem, ex qua (quos diximus) filios habuit. Qui, cognito facinore, patrem pudore detinebant domi: aut Diod. At aliter diſcimus ab Aſclepiade, Seneca, & Statio, qui omnes Phorbantem Polybi regis Corinthiorum paſtorem infantem ligatū tradunt inueniſſe, pedibus tumefactis: & ideo Oedipus dictus ἀπὸ τοῦ οἰδήματος καὶ ποδὸς, id eſt à tumore pedum. Qui paſtor infantem ad Meropē regis coniugē dono dedit, quem ipſa, & uir, quia carebant ſobole, ut filium nutriuerunt. Prouectus ætate Oedipus, audiuerat ab oraculo, ut ab ſe pater occidendus eſſet, & ſibi mater nuberet: credens ipſe, qui nutriuerant, ueros parentes eſſe, aufugit: & fortè Laium patrem uenantem offendit, quem ſibi de præda obuerſantem peremit, & Thebas uenit: ubi rex factus, uxorem matrem accepit. quam rem cum reſciuiſſet, mortem ſibi conſciſcere uoluit. ſed hoc à ſuis percepto, ferrum occultatum eſt. Aſt ipſe ſibi oculos digitis eruit, & ſe præcipitem de rupe dare uoluit. Sed ab Antigone filia, quæ

* Hellenem
† Hellen
* Thaſus, ut in Commēt. Euripid. in Oreſtem.

D E G H

ipſum

A ipſum ſemper comitabatur, eſt prohibitus. Qualis erat, poſtquàm. Tireſias Thebanus filius Chironis & Choriclûs, Apollinis, ſiue Eueris, aut (ut alij) Oceani, cum geminos ſerpentes in Cyllene monte Arcadiæ calcaſſet, per ſeptenniũ fœmina eſt effectus. Rurſus ijſdem uiolatis ſerpentibus, docente oraculo, in priſtinam eſt formam reſtitutus. Docet in ſeptimo Naturalis hiſtoriæ Plinius, non eſſe fabuloſum, mares in fœminas uerti, & contrà: cum Licinio Craſſo, C. Caſsio Longino Coſſ. Caſini puerum factum ex uirgine ſub parẽtibus, iuſſuq; aruſpicum deportatum in inſulam deſertam, in annalibus legeretur. Ipſe quoque Plinius in Aphrica uidiſſe ſcribit nuptiarum die L. Coſsiciũ ciuem Tiſdritanum in fœminam mutatum. Hic igitur Tireſias de lite iocoſa iudex fuit, Iunonis inquam, & Iouis, utrum maior, maris an fœminæ eſſet libido. Vt abundè ab Ouidio in Metamor. ſcribitur, pro Ioue ſententiam tulit, quare à Iunone oculis & manibus fuit priuatus, teſte Lactantio. Iupiter autem pœnam eſt ſolatus honore. Vaticinandi enim ſententiam ipſi dedit, utq; nouem ſecula uiueret. B Multa eſt uaticinatus, & Thebarum excidium: qui etiam ciuibus, ut urbẽ linquerent, perſuaſit: cum quibus & ipſe in Tilphoſium Bœotiæ locum aufugit ex Thebanis, qui in Tilphoſium confugeret. Tireſias defunctus eſt: quem ſui ciues magna pompa ſepeliuere. Filiam habuit Daphnen, quæ & Sibylla dicta eſt. Diodorum habes autorem, copioſe hanc hiſtoriã aggreſſum.

Apollinea. ſiue quia ariolandi ipſi attribuitur poteſtas, ſiue quòd qui naſcitur leone tranſcendente in horoſcopo Apollinis, id eſt ſolis (nam idem eſt) dicitur ab aſtronomis futura facilè cognoſcere.

MICYL. Qualis erat poſtquã, &c.) De iudicio Tireſiæ, & cauſa excæcationis, idem poeta tertio Metam. meminit. Cæterùm traditur et alia cauſa, cur uiſu priuatus fuerit Tireſias: uidelicet quòd Palladem lauantẽ nudam aſpexiſſet. De qua re extat elegia Callimachi, quæ inſcribitur, εἰς λουτρὰ παλλάδος.

Qualis & ipſe fuit, quo præcipiente columba,
Eſt data Palladiæ præuia duxq; rati.
Quiq; oculis caruit, per quos malè uiderat aurum,
Inferias nato quos dedit orba parens.

DOM. Qualis & ipſe. Phineus nobilis eſt carmine Apollonij, Valerij, Diodori: B qui dum ueritatem rei fabuloſæ inueſtigat, à noſtris diſcedit. Hic cæcus erat, ne longiorem repetamus hiſtoriam, dapibus non poterat ueſci, cum harpyiæ admotæ menſis eas fœdarent. Zetus & Calais Boreæ filij inſecti ſunt aues ad Plotas uſque inſulas, quæ poſtea dictæ ſunt Strophades. eum tanto ſupplicio liberarunt. Quo beneficio deuinctus canit apud Apollonium Rhodium, monens Argonautas, ut inter Cyneas petras columbam ſequantur, quam dij mitterent. Apud eundem poetam, Argonautis diſceſſuris ex Ponto aperuit augurium accipitris columbam inſectantis, quæ in Iaſonis ſinum decidit. Mopſus uates id in bonam partem eſt interpretatus. Columbam fuiſſe ducem Argo naui, carmen Valerij innuit, & Propertij: Ignoto miſſa columba mari. Sed datam fuiſſe à Phineo, aut prædictam, nullus præter Apollonium ſcripſit. De hoc plura in Comment. Proper. diximus. Palladiæ rati. Argo nauis Palladia dicta eſt, quoniam facta eſt cura Palladis. Ouid. Et quæ cura pugnacis facta Mineruæ, Per non tentatas prima cucurrit aquas. Pap. Et puppem temerariã Mineruæ. Quod alij aliter C interpretantur. Fuiſſe illic ſapiẽtes homines, & propterea dictam Palladiam, ſomnium eſt. Quiq; oculis. Polymneſtor (ut Græci ſcribunt) rex Thraciæ, ueteri amicitia coniunctus cum Priamo, imminente bello Græcorum, Polydorum Priami filium à parentibus ſibi demandatum hoſpitio ſuſcepit. Sed ruentibus Troianis, auri, quod Polydorus attulerat, auiditate captus, contempto hoſpitij iure, Polydorum obtruncat. Quod cum Hecuba mater percepiſſet, diſsimulans ſe necatum fuiſſe filiũ intelligere, Polymneſtorem rogauit, ut accepto theſauro, quem indicaret, filium redderet. Is ſecutus mulieris fidem, adductus in ſecretum, ab Hecuba & ancillis oculis priuatur ferramentis minutiſsimis, quæ ueſtibus contecta intulerant. quamuis nonnulli aliter uerſum Euripidis interpretantes, unguibus effoſſos oculos putent.

ZAR. Qualis & ipſe fuit. Variam de Phineo legimus hiſtoriam, quam in uerba paucißima conferam. Phœnicis filius fuit Cilix, Phineus, & Doriclus. Athymus autem nomine potius, quàm re Phœnicis filius dictus: nam Iouis fuit. Regnauit autem Phineus in Paphlagonia, teſte Hellanico in hiſtoria: ſi uerò Seruio aſtipulamur, in Arcadia: qui priuatus oculis fuit (ut quidam perhibent) à Sole: quòd diu conqueſtus fuerit uiuere, quàm uidere.
D Vt autem Apollonij interpres ſcribit, quòd inſidiatus Perſeo fuerit. Orpheus uerò his carminibus aliter, de Bithynia locutus, ſentire uidetur: ἔνθα τέτ' αἰνόγαμος φινεὺς † ἰφθίνεσι θυμῷ δαίους ἐξ-
† ὑποφλύνεσι

κλάωσι γόνους, προβλῆ-
σί τε πέτραις ὕβρισιν ἐ-
λὼν προὔθηκε γυναίων
εἵνεκα φίλτρων. τοὺς δὲ E
καὶ ἀσκυθέας ὠπώποτα
αὖθις ἐτεύξαν παῖδες κλυ-
τοῦ βορέου, φινεῖ δ' ἀφα-
ὤπασαν ἄταν ἀργαλέαν κεῖνου φωτὸς δ' ἀπενοσφίσαν αὐγάς. id eſt,

Vbi tunc matrimonio grauis Phineus, inſolenti animo geminos excæcauit natos: & abijciens in prærupta ſaxa, feris expoſuit, mulierum cauſa amorum. Hos porrò illæſos & ſpectantes rurſus conſtituerunt filij incliti Boreæ. At Phineo præbuere ærumnam infeſtæ iracundiæ, & acie oculorum priuauerunt. Sophocles ait, quos ex Cleopatra filios Orythum & Cramben inquam, propter nouercæ calumnias excæcaſſe, & ipſum ideo à Ioue orbatum. Apollonius id mali ſubijſſe tradit, harpyis infeſtantibus, ac eius menſam perpetuò inquinaſſe. Sophoclis & Apollonij opinionem Seruius mihi uidetur ſequutus. Addit etiam harpyias expulſas à Zeto & Calai alatis Boreæ & Orithyæ filijs, quæ Phineum infeſtabant, quaſq; ad Plotas uſque inſulas gladijs ſint perſequuti, quæ inſulæ poſtea Strophades ſunt appellatæ: quia ab Iride iuuenes admoniti fuere, ne ulterius Iouis canes inſectarentur: quorum conuerſio, id eſt ſtrophe, inſulis nomen dedit. Quo beneficio deuinctus Phineus, Argonautas admonuit, ut columbam datam à Pallade ſequerentur, ne in ſaxa Cyanea inciderent, quæ etiam Symplegades nuncupantur. G At Orpheus non dicit columbam, ſed Herodium auem. Tres Herodiæ aues ſunt, quemadmodum Porphyrius contra Zoilum Homeri ſcripta carpentem oſtendit. Pigariumq; nomine Herodium Argonautis datum legimus. De Phineo Diodorus aliam refert hiſtoriam: quam, ne modum in hac fabuloſa recenſenda hiſtoria excedamus, omiſimus narrandam. Poteris tute ipſam ex Diodoro cognoſcere, in quinto libro eius hiſtoriarum, ubi Argonautarum meminit. Palladiæ rati. Argo nauis dicta, ſiue (ut Diodorus innuit) à conditore, ſiue à uelocitate ſua, quæ arte Palladis facta fuit. Hinc ratis Palladia dicta. Siue quia (ut aſſerit Apollonius) conſtructa fuerit apud Itonem locum in Bœotia, ubi templum Palladis. Alexander uerò Palladem Itonidem appellari ſcribit: quia Iton filius Amphictyonis urbem in Theſſalia fecit, ſuo nomine dictam, ubi egregium erat Palladis templum, iuxta quod Argo fuit conſtructa. [Apollonij locus, qui hic citatur, ita habet:

ἐπ' ἀκροτάτοισι δὲ νύμφαι
πηλιάδες κορυφῇσιν ἐθάμβεον εἰσορόωσαι H
ἔργον ἀθηναίης ἰτωνίδος, ἠδὲ καὶ αὐτοὺς
ἥρωας χείρεσσιν ἐπικραδάοντας ἐρετμά.

A Palladiam autem ratem hic Ouidius, & ἔργον ἀθηναίης Apollonius τὴν ἀργὼ uocant, quòd Palladis cõſilio & ope facta fuerit, non quòd circa Itonem, ubi templum Palladis fuit, ædificata fuerit. nam Itonidis cognomen apud Apollonium, Palladis eſt, non Argus. Et ipſa Argo apud Pagaſas, Magneſiæ promontorium facta fuit, quod & nomen inde retinuit, ἀπὸ τοῦ παγῆναι ſcilicet. Sic enim idem poeta alibi dicit, δὴ τότ' ἴσαν μετὰ νῆα δι' ἄστεος, ἔνθαπερ ἀκτὴ κλείουσι παγασαὶ μαγνητίδες, &c.] Quiq; oculis caruit. Rex Priamus Polydorum filium ex Hecuba Dimantis filia, belli Troiani tempore magna auri copia miſit ad amicum Polymneſtorem Thraciæ regem nutriendum, ac generum, ut tradit Seruius: nupſerat enim illi Ilione Priami filia. Hic Troianis rebus ruentibus, puerum auri cupiditate obtruncauit, atq; B in littore inſepultum reliquit. licet aliter ex tertio Aeneidos cognoſces. Hecuba, mactata filia Polyxena ad Achillis ſepulchrum, ut iuſſerat ille, cum querelas & lamentationes in littore ſuas recenſeret, filij cadauer uidit: à quo etiam quemadmodum Polymneſtoris inſidijs iaceret, percepit. Indignabunda Hecuba, rem tamen diſsimulans, regem de re ſecreta alloqui eſt commenta, cui & theſaurum tradere uelle dixit. Qui ſubitò Hecubam adijt, à qua & famulis in lecto eſt per blanditias collocatus, enſisq; lateri ipſius hærens abductus, ac poſtremò oculis priuatus. Inferias. Sacra mortuorum, quæ inferis ſoluuntur, inferiæ dicuntur, ut autor eſt Seruius.

Paſtor ut Aetnęus, qui caſus ante futuros
Telemus Eurymedes uaticinatus erat.
Vt duo Phineidæ, quibus idem lumen ademit,
Qui dedit: & Thamyræ, Demodociq; caput.
Sic aliquis tua membra ſecet, Saturnus ut illas
Subſecuit partes, unde creatus erat.
Nec tibi ſit tumidis melior Neptunus in undis,
Quàm cui ſunt uiſæ frater & uxor aues.

DOM. Paſtor ut Aetnæus. Polyphemus inter Cyclopes Siculos Homeri carmine celeberrimus, oculum amiſit, aduſto ſtipite effoſſum ab Vlyſſe, cum abſumptis quinque ſocijs B Vlyſsis, uino obrutus iaceret, quod ipſe Vlyſſes propinauerat, celebratum etiam à Plinio, ob egregium ſoporem. Longum extat Homeri carmen, unde fabuloſa hiſtoria à noſtris accepta eſt. Ita ex hoc locum illum Iuuenalis interpretor, ubi ait: Et appellat puer unicus, ut Polyphemi Lata acies, per quam ſolers euaſit Vlyſſes. Vt intelligas illum dicere, ſibi alterũ puerum iuuenem eſſe, cum unicum habeat, qui non magis ſibi ſatisfacere poteſt, quàm unus oculus potuit ſatisfacere Polyphemo, quẽ Vlyſſes euaſit. q. d. Si duos oculos habuiſſet Polyphemus, nõ euaſiſſet Vlyſſes. De hoc plura diximus in Cõment. Iuuen. Telemus uates (ut Theocritus ſcribit, & teſtis eſt Ouid.) prædixit Polyphemo aliquãdo futurũ, ut ei oculus effoderetur ab Vlyſſe. Vt duo Phin. Duo Phinei filij ex Cleopatra uim intulerũt Idæ, quã Phineus ſuperinduxerat, filiã Dardani Scytharũ regis. qua de cauſa excæcati à patre ſunt. Ita enim nonnulli ſcripſerunt, autore Diod. Thamyr. dicitur ab Hom. Thamyris aptus ad lyrã & carmen, ut ſcribit Diod. claruit muſica, adeò ut (quemadmodum C Hom. in 2. Il. ſcribit) ex Oechalia Pelopõneſi ueniens, Muſas quibus occurrit, in certamen prouocauerit, à quib. excæcatus eſt, ut noſtri poetæ interpretati ſunt uerſum Hom. quãuis dictio apud Homerum non propriè excæcatũ ſignificet, ſed mutilatũ & læſum. Hom. μοῦσαι πηρὸν ἔθηκαν, id eſt, læſum reddiderunt. Diod. priuatũ tantũ muſica & lyra ſcribit. Alij obcæcatũ exponũt, τὸ πηρὸν ἔθηκαν. Propert. Me licet & Thamyræ cantoris fata ſequantur, Nunquã ad formoſas inuide cæcus ero. Idẽ Pauſan. qui ſcribit eum Phila. filiũ fuiſſe. Plura diximus in Comment. Propert. Demodociq;. Duo cãtores ſunt apud Hom. in Odyſſ. Phemius in conuiuio procorũ, Demodocus in conuiuio Alcinoi: cuius muſicam laudat Hom. ſeipſum deſignans, ſi Euſtathio interpreti credimus. Hic cæcus fuit. Hom. Hunc ualde Muſa dilexit, dedit bonumq; malumq;: oculis quidẽ priuauit, ſed cantũ dedit ſuauiſsimum. Sic aliquis. Saturnus genitalia patri dicitur abſcidiſſe. quod qui ad hiſtoriã referũt, aiũt hoc factũ eſſe, quia ultimus fuerit filius. Sequũtur naufragia. Nec tibi ſit. Cæyx Alcyones cõiunx, cum ad oraculũ nauigaſſet, facto naufragio ſubmerſus eſt. cuius rei dolore Alcyone in auẽ conuerſa eſt ſui nominis. Cæycis D frater Dædaliõ in accipitrẽ fuerat cõuerſus dolore filiæ amiſsæ.

ZAR. Paſtor ut Aet. Polyphemus Cyclops Neptuni filius ex Thooſa Phorcynis filia, eo quem in fronte tantũ habebat oculo, ab Vlyſſe exutus fuit. de quo fabuloſa à poetis proditur hiſtoria. Errauit Vlyſſes poſt Troiæ excidiũ per decem (ut ab Hom. perhibetur) annos, fluctib. & tempeſtatibus ad diuerſa loca agitatus. In Siciliã quoque ad Polyphemũ peruenit, qui in antro Aetnæ mõtis habitabat, cuius ianua ingenti lapide claudebatur. Hic huma F nis carnib. ueſcebatur, & lacte. magnã namq; gregis copiã paſcebat. Scrutatus de loco Vlyſſes Cyclopẽ, additis precibus, ut ſibi naufrago locorumq; inſcio opem ferret, minitabundus Cyclops reddit reſponſum, maiorẽ ſe quàm Iouẽ prædicans. Ac illico duobus ex Vlyſsis ſocijs ritu belluæ deuoratis (duodecim enim ſocios ſecũ duxerat) uiniq; optimi amphoras, duos etiam mane ſequẽtis diei abſumpſit, totq; ſero ueniente: quodq; Vlyſsi nomen erat, interrogauit: qui Vtin ſe dixit nũcupari, id eſt nullus. Vltimus autẽ comederis, Vnoculus reſpondit. Vlyſses uerò, qui ſuapte natura callidus fuit, tunc uerò timẽs, omnes conſtruxit in Cyclopem dolos. Nec tamẽ eum fefellit opinio: nam ipſum uino ebriũ reddidit. Quem (ut ebriorũ eſt praua conſuetudo) uino ſepultũ, torre oculum eruit. At manus noſtras non effugies, Cyclops inclamauit. Remiſsis itaq; ad paſtum pecudibus, ſingulas tangebat, ne Vlyſſes unà abiret. Non tunc immemor aſtutiæ Vlyſſes fuit: indutus enim pecudum pellibus, cum ſocijs effugit. Non pellibus indutum Vlyſſem leges, ut nugantur triuiales: ſed coniunctis paribus ouibus, ſub eorum aluo gradiens G aufugit, ut teſtatur Homerus in Odyſſea. Telemus Eurymedes. Telemus Cyclops Neptuni filius fuit, ut omnes Cyclopes creduntur fuiſſe, celeberrimus ſui temporis uates: qui Polyphemo prædixit fore, ut ab Vlyſſe obcæcaretur, ut ſcribit Theocritus, & noſter Ouidius in decimotertio Metamor. Telemus interea Siculum delatus in æquor, Telemus Eurymedes, quem nulla feſellerat ales, Terribilem Polyphemon adit: lumenq;, quod unum Fronte geris media, rapiet tibi, dixit, Vlyſſes. Vt duo Phineidæ. Crambis & Orythus filij fuere Phinei, à quo ſunt obcæcati. Superius hanc de Phineo locuti, copioſe narrauimus hiſtoriam.

Thamyris. Thamyris filius Philammonis fuit, ut ſcribit Porphyrius, & Argiopes nymphæ. licet Euſebius Ammonis dicat: qui à Lino muſicam optimè edoctus, cum reuerteretur ex Oechalia urbe, ab Euryto Oechalio, Muſas ad Dorion obuias habuit, quibus ſuauius ſe ipſis canere dixit. Ad quam inſolentem uocem ſtomachatæ Iouis filiæ, citharam & communem hominis ſenſum ei abſtulerunt, quemadmodum Homerus ac Diodorus ſcribunt. Alibi quoque Ouidius: Quid miſerum Thamyrin picta tabella iuuat. Et Propertius: Me licet & Thamyris cantoris fama ſequantur, Nunquam ad formoſas inuide cæcus ero. Legunt H nonnulli Thamyram, quod minimè à nobis probari poteſt, cum ubique in emendatis codicibus Thamyris inueniatur. ita & præceptor noſter admonuit. Demodociq; caput. Ad menſam

Alcinoi

A Alcinoi Phæacum regis ab Homero inducitur Demodocus, Martis ac Veneris cantans adulterium, quem bono maloq; Muſa eſt proſecuta. Lumen enim ademit, præſtantem uerò citharœdum effecit. Sic aliquis tua membra ſecet, Saturnus ut illas Subſecuit partes. Saturnus, Cœlum, & Terra plures genuerũt filios, ſicut apud Heſiodum legere eſt in Theogonia. Horum etiam Saturnus filius dicitur: qui cum pater genitalia denudaſſet, ea falce amputauit. Vnde nonnullæ ſanguinis guttæ exciderunt, quas terra collegit. Ex quibus poſtea & Furiæ, & Gigantes, & Nymphæ, quas Heſiodus Melias appellat, ortæ ſunt. Proiecit in mare autem Saturnus uirilia: quæ cum aliquandiu erraſſent, ſpumam fecere, ex qua nata Venus dicitur. Sed hæc omnia phyſicam in ſe continent rationem. Nec tibi ſit tumidis. Cæyx Luciferi filius, Trachiniæ telluris rex fuit, ut in Metamor. legitur, qui Alcyonen Aeoli filiam coniugem habuit. Cum hic ad Clarium oraculum iuiſſet, oborta tempeſtate obrutus eſt. At Alcyone, quæ (teſte Porphyrione) Cleopatra dicebatur, uiri naufragi inſcia, ſingulis diebus Iunoni uota pro Cæycis reditu perſoluebat. Miſerta eſt dea, fruſtra mulierem pro coniuge labora-
B re. Irim ad ſomnia demiſit, ut Alcyoni caſum coniugis ſignificaret, quæ Morphea ad Alcyonem accelerarunt. Hic Cæycis ſum- B
pta imagine, noctu quieſcentem adijt Alcyonen, quam de naufragio certiorem fecit, corpusq; in littore errare docuit. Experrecta ipſa, manè ad littus ſe proripuit, ubi uiri corpus uentis & unda agitari uidit. Quare mare inſiliens, ut cadauer arriperet, auis unà cum Cæyce effecta eſt, quæ Alcyon appellatur, à noſtris Alcedo. Media hyeme in mari parturit oua. Tunc tam tranquillum, quàm quid mirandum eſt, redditur mare per ſeptem dies: Hos ſolent nautæ dies Alcyonios nuncupare, ut autor eſt Varro. Frater & uxor aues. Dædalion Cæycis frater filiam habuit nomine Chionem, formoſiſsimam, quam Apollo & Mercurius compreſſere, & nati ſunt gemelli. Apollini Philamon, qui muſica claruit, patrem imitatus. Autolycus autem Mercurio, fur nobilis. Suam præferre Chione formam Dianæ auſa eſt, à qua eſt ſagittis interempta. Cuius in rogum pater Dædalion præ dolore ſe uoluit immittere: at prohibitus, in Parnaſum montem abijt. Vnde cum ſe præcipitem dediſſet, in uolucrem ab Apolline eſt mutatus. Scribit Ouidius in Metamor. Miſeratus Apollo, Cum ſe Dædalion ſaxo miſiſſet ab alto, Fecit auem, & ſubitis pendentem ſuſtulit alis. & quæ ſequuntur. F

Solertiq; uiro, laceræ quem fracta tenentem
Membra ratis, Semeles eſt miſerata ſoror.
Vel tua, ne pœnæ genus hoc cognouerit unus,
Viſcera diuerſis ſciſſa ferantur equis.
Vel quæ, qui redimi Romanos turpe putauit,
A' duce Puniceo pertulit, ipſe feras.

DOM. Solertiq; uiro. Vlyſſes irato Neptuni numine, ut Homerus ſcribit, multa in aquis incommoda perpeſſus eſt, fecitq; tandem naufragium. unde cum enataret in rate, afficereturq; maximo dolore, Ino filia Cadmi, quæ à Græcis Leucothea dicitur, à noſtris Matuta, ut Cicero teſtatur, commiſerata eſt naufragum: uerſaq; eſt in ſpeciem mergi, uel gauiæ, quam Homerus appellat æthyam. Conſolata eſt mœrentem deditq; uelum, quo circundato pectori enatauit tutus. Homerus Odyſſeæ quinto: Quæ Vlyſſem miſerata eſt laborantem, deditq; uelum, inquiens, Hoc uelum ſub pectore extende.
Vel quæ qui redimi. Attilius Regulus, cum autore Tuditano (ſi Gellio credimus) uenenum ſibi datum eſſe dixiſſet à Pœnis, quod mortem in diem proferret, patribus ſuaſit, ut captiuorum permutatio fieret: maluitq; ad paratum ſupplicium reuerti, quàm
C uiuere inutilis ciuis patriæ. Quo ſupplicio ſit affectus, non ſatis conſtituunt Annales, cum Tubero ſcribat eum in tenebras fuiſſe demerſum, & ſubitò in ſolem ardentiſsimũ inductum, coactumq; intendere oculos in cœlum, hoc cruciatu perijſſe. Tuditanus autor eſt, ſomno diu prohibitum, tandem extinctum eſſe. Silius quiete prohibitum ſcribit, collocatum in armario præfixo ſtimulis. Silius: Præfixo paribus ligno mucronibus omnes Armantur laterum crates. Cui opinioni ut aſſentiamur, illud mouet plurimum, quòd legimus captiuos Pœnorum traditos filijs Reguli à Romanis, ut patris mortẽ ulciſcerentur, præfixis muricibus conictos fuiſſe in armarium, tanquam in ſimile ſupplicium.

ZAR. Solertiq; uiro, aſtuto & callido. Vlyſſem dicit, quem (ut in quinto Odyſſeæ Homerus tradit) effoſſo Polyphemo oculo, Neptunus maris deus diu fluctibus agitauit, ne inultus filij eſſet. naufragium quoq; facere compulit. Actumq; de Vlyſſe tunc fuiſſet, ni Matuta dea periclitantem, quæ in mergi forma apparuit, adiuuiſſet: cui crydemnum uelamentum capitis, uel (ut alij uolunt) ornamentũ quoddam tradidit, quo enataret. Peruenit itaq; Ithacus non ſine magno labore ad Phæacum inſulam, & pudenda crydemno (nudus enim erat) celabat: quẽ in littore Nauſicaa
D regis Alcinoi filia cum aſpexiſſet, ei ueſtimenta præbuit, & ad regem duxit, à quo honorificentiſsimè ſuſceptus eſt. Semeles eſt miſerata ſoror. Cadmo Thebarũ conditori ex Harmonia Veneris & Martis filia (ut in Metamor. & apud Diodorum legimus) filiæ fuere Agaue, Autonoe, Ino, & Semele, & Polydorus. Athamanti Aeoli filio Thebarum regi Ino nupſit, quæ Clearchum genuit, & Melicertam, qui Iunonis odio haud diu uixere. Nam Iuno propter Semelem pellicẽ infeſta omnib. ex Cadmo progenitis fuit, ut in Metamor. de Iunone locutus oſtendit Ouidius: Quidq; uelit, quod uellet, erat, ne regia Cadmi Staret, & in facinus traherent Athamanta furores. Furias in Athamanta immiſit: quem adeò furibundum effecere, ut Ino uxorem leænam exiſtimaret, filios uerò ipſius catulos: hortareturq; ſocios, ut retia ferrent. Quare & Clearchum puerum, quem bis terq; per auras More rotat fundæ, rigidoq; infantia ſaxo Diſcutit ora ferox. Ino autem ſibi ac ſuperſtiti filio timens, ad quendam ſcopulum abrepto Melicerta aufugit, ex quo loco ſe unà cum filio in mare præcipitauit, quos Neptunus Veneris precibus deos marinos fecit. Dictus eſt G
græcè Melicerta Palæmon, latinè Portunus, cui ædes in portu Tiberino fuit, & feriæ conſtitutæ, ut autor eſt Varro. Ino uerò à Græcis Leucothea, à noſtris Matuta eſt nuncupata, quæ bonum ſignificat, ſi Pompeio credimus, cuius (ut diximus) auxilio Vlyſſes euaſit. Vel tua, ne pœnæ genus hoc cognouerit unus. Difficile ſanè eſt, quem Poeta taxauerit, cum multos ab equis diſcerptos fuiſſe legerimus. M. Suffetium licet coniectari hic, ut apud Liuium in primo ab urbe condita uidimus, perfidus Tullo Hoſtilio bellum in Fidenates gerenti fuit, quem compos uictoriæ duabus quadrigis diſtrahendum dedit. Primum illud, ultimumq; ſupplicium apud Romanos fuiſſe, idem Liuius docet. De Hippolyto quoque intelligere poſſumus, qui (ut ſuperius oſtendimus) ab equis eſt laceratus. Nonnulli Abſyrtum interpretantur, cuius notiſsima fabula ex Ouidio in Metamor. habetur. Sed non placet. Non enim ab equis, ſed à ſorore Medea dilaniatus fuit, & eius membra minutiſsimè ſecta, in mareq; proiecta: quibus pater eam perſequens, dum ipſa colligeret, in mora detineretur.
Vel quæ, qui redimi. M. Attilius Regulus urbis Romanæ decus, primo bello Punico contra Carthaginenſes imperator ingenti exercitu miſſus, terrorẽ maximum aduentu ſuo Carthaginenſib. H
iniecit, capta Clypea urbe, trecẽtisq; amplius caſtellis (quẽadmodũ Florus tradit) uaſtatis. Quare à Lacedæmonijs Carthaginenſes ducẽ poſtularũt, ob ducis imperitiam nõ proſperè pugnatum arbitrati.

A arbitrati. Ii Xanthium rei bellicæ peritiſsimum miſere, qui (ut Appianus eſt autor) inſtructa acie, Regulum ſiti ac labore difficulter agmen agentem aggreſſus eſt, quem facilè uicit. Ex triginta milibus, quos Attilius ductabat, pauci arma ſumpſere, reliqui omnes cæſi, partim capti, unà cum imperatore Carthaginẽ ducti ſunt. Miſere non mulo pòſt Carthaginenſes Attilium Romam legatum, ut permutatio fieret iuuenum Carthaginenſium cum ipſo Regulo: qui ſenatui perſuaſit, defixis in terram oculis, ut Ho. tradit, ne pietate patres commouerentur, ne huiuſmodi fieret permutatio: utq; id non facerent, addidiſſe ſcribit Gellius lib. 6. cap. 4. ſibi uenenum temporarium datum, quoad fieret permutatio. Re itaq; infecta, Carthaginem inuitis uxore, liberis, & B amicis rediјt, ubi à Pœnis nouis modis excruciatus eſt. Cuiuſmodi autem ſupplicio fuerit affectus, non ſatis inter autores conſtat. Nam Gellio referente, Tubero in hiſtoriјs ſcribit eum in profundiſsimas tenebras clauſum, & pòſt apertis oculis ſoli oppoſitum: & palpebras, ne poſſet conniuere, diductas. Tuditanus uerò ſomno prohibitum obiјſſe tradit. Appianus incluſum circumuallata clauis cauea extinctum docet. Quod Romæ poſtquam perceptum eſt, Reguli liberis Pœni captiui traduntur: à quibus in armario muricibus perfixo deſtitutos periјſſe, idem Tuditanus eſt autor.

Nec tibi ſubſidio ſit præſens numen, ut illi,
  Cui nihil Hercæi profuit ara Iouis.
Vtq; dedit ſaltus è ſumma Theſſalus Oſſa,
  Tu quoq; ſaxoſo præcipitere iugo.
Aut uelut Euryali, qui ſceptrum cepit ab illo,
  Sint artus auidis anguibus eſca tui.
Vel tua maturet, ſicut Minoia fata,
  Per caput infuſæ feruidus humor aquæ.
Vtq; parum mitis, ſed non impunè Prometheus,
  Aerias uolucres ſanguine fixus alas.

D Cui nihil Hercæi. Priamus deſperata ſalute ſua & ſuorum, confugit ad aram Iouis Hercæi, quæ in media regia erat, ubi à Pyrrho obtruncatus eſt: nihil enim profuit numẽ Iouis. Car-
B men de hoc Virgilianum extat. Aut uelut Euryali. Hæmon filium habuit Theſſalum, qui cum Theſſaliam imperio teneret, ab Euryalo aduena (nam erat Corcyræus) ex Oſſa monte præcipitatus eſt, necato etiã Neſone filio, à quo Neſonis lacus dictus eſt, ut ſcribit Strabo lib. 9. Ea cæde cum purgari non poſſet Euryalus, deditũ Stygiæ paludi caput, furialibus anguibus dicitur abſumptus. Minoia. Minos ob iniuriam acceptam à Dædalo, labyrintho fabricato, cum claſſe perſecutus eſt ad Cocalũ regẽ Siciliæ, ad quem confugerat: multisq; præclaris operibus editis, ut autor eſt Diodorus, illius gratiam ſibi comparauerat. Cum primùm Minos claſſem appulit in Siciliam, hoſtiliterq; agrum popularetur, Cocalus ad colloquium eum prouocauit, propoſita ſpe dedendi Dædali. Tamdiu autẽ iuſsit eum in thermis clauſum expectare, quoad uaporibus calidarum aquarum eſt extinctus. Exanimum corpus reddidit ſociјs, affirmans eum caſu lapſum in aquas calidas mortuum eſſe. Hactenus proceſsit Diodorus. Aliј autem autores
C innuunt interfectum Minoem fraude filiarum Cocali. quod apertè tradit Euſebius in Temporibus, & ſignificare uidetur Silius: Poſtquam perpetuas iudex conceſsit ad undas Cocalidum inſidiјs. Impunè Prometheus. Prometheus à Vulcano, fabulis carminum, religatus in Caucaſo monte, paſcit aquilam: quoniam et olim deos deceperit, & ignẽ ſurripuerit de cœlo. Extat Aeſchyli tragœdia, quæ Prometheus inſcribitur.

ZAR. Nec tibi ſubſidio præſens ſit numen. Senſus eſt: Non habeas deorum quempiam propitium, qui tibi ſit auxilio in tuis conſtituto calamitatibus. Subſidium eſt id quod in auxilium ſuccedit.

Præſens, propitium. ut apud Virg. Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos. Numen, à nutu, & imperium deorum dicitur. Varro. Cui nihil Hercæi profuit ara Iouis. Priamus rex, ut in ſecundo Aeneidos à Virgilio oſtenditur, occiſo ante ſuos oculos Polite filio à Pyrrho Achillis notho, in ipſum eſt acerrimè inuectus, ei patris exprobrãs humanitatem, æquamq; pietatem, qua uſus fuerat, cum Hectoris cadauer reſtituit. Ira percitus Pyrrhus, regem in media domo ante Iouis Hercæi aram obtruncauit. Hercæi. Iupiter Hercæus dictus eſt, ἀπὸ τ͂ ἕρκειν, id eſt à circundando, ut autor eſt Porphyrius Homeri interpres. Mos e-
D rat antiquis, ut domus partes diјs dicarent. Anterior Ioui dicabatur, cui in medio ſolebant aram erigere. Vnde Meſercius Iupiter dictus eſt Hercæus, quia circundatus. Vtq; dedit ſaltus. Theſſalus Theſſaliæ rex, Hæmonis ex Eurypyli filia Chalciope filius, ut tradit Porphyrius, è monte Oſſa à ſuis eſt præcipitatus. Oſſa. Mons Theſſaliæ eſt Oſſa, cuius ex aduerſo Pindus & Othris Lapitharum ſedes, ut ſcribit Plinius. Tantam in eo
pinorum copiã eſſe Solinus tradit, ut ramorũ flexu & reflexu tonitrua repræſentet. Vnde F
Lucanus: It tantus in æthera clamor, Quantus piniferæ boreas cum Thracius Oſſæ Rupibus incubuit. Aut uelut Euryali. Euryalus, qui Theſſalo ſucceſsit, cum inferorum ſacrificia neglexiſſet, ut à ueteri cõmentario accepimus, ira Eumenidum angues ipſum deuorarunt. Sed etiã apud Gallum poetam eſt legere, Euryalum Ioni filium uino probè potum, filiam ſtupraſſe. quare ab anguibus abſumptus eſt. Ionides *uti cupiens pro coniuge natam, Vinum cauſa fuit, anguibus eſca datur. [*ueluti] Sicut Minoia fata. Diodorus ſcribit, Dædalum Athenienſem eximium architectum, ex Metiono Eupalamo natum, qui in Cretam ob homicidium in patria patratũ ſucceſsit. Cretenſibus tunc Minos imperabat, qui Dædalum in amicitia ſua habuit, ob eius egregias uirtutes. Per id fortè tempus Paſiphaẽ regis uxor turpi tauri amore peribat, cui arte Dædali fuit ſuppoſita. quare Minos Dædalum punire quæritauit. Aufugit autem ipſe in Siciliam ad Cocalum regem. At comparata claſſe, Minos ipſum eſt G
perſecutus in Siciliam uſq;, Cocalumq; popoſcit, ut Dædalum ſibi ad pœnã daret. Finxit Cocalus cum Minoe in ſecreto colloqui uelle: quem in thermis eouſq; detinuit, ut ſuffocaretur. Euſebius uerò à filiabus Cocali interfectum ſcribit. Eius deinde corpus Cretenſibus eſt redditum, prælata obitus cauſa, quòd in lauacro elapſum aqua calida periјſſet. Vtq; parum mitis. Iapetus Theſſaliæ rex ex Aſia puella, quæ tertiæ orbis parti nomen dedit, filios habuit Prometheum & Epimetheum. Non me fugit, Euſebium memoriæ tradidiſſe, quoſdã affirmaſſe Prometheum, Epimetheum, Atlantem, & Argum cuncta cernentem fratres fuiſſe. Fertur igitur Prometheus hominibus ab ſe factis Mineruæ auxilio, adhibita ferula ad ſolis rotam, ignem furatus, quem mortalibus indicauit. Irati autem dei ipſum per Mercurium in Caucaſo monte Aſſyriæ uicino alligarunt, cuius cor aquilã exedere uoluerunt. Hoc ita à poetis non ſine ratione fictum eſt. Nam ut Aeſchylus, Alexander Aphrodiſeus, & Seruius, aliјq; docent, prouidentia interpretatur Prometheus, Epimetheus uerò improuidentia. unde & nomina id indicantia tenent: ex his nempe duabus rebus humanum genus natum eſt. Dicitur autem Prometheus aſtrologus eximius extitiſſe, qui in Caucaſo monte multorum ſi- H
derum ortus & occaſus deprehendit. Aquilam uerò cor exedere, quia ἄχος ſolicitudo eſt, quam affectus ſiderum motus inuenit: & quia id prudentia eſt aſſecutus, cui præeſſe Mercurium conſtat,

à quo

A à quo ad ſaxum religatus dicitur. Claudianus de Prometheo & fratre hæc ſcripta poſteritati mandauit: Namq; ferunt geminos uno de ſemine fratres Iapetontiades, generis primordia noſtri Diſsimili finxiſſe manu, quoſcunq; Prometheus Excoluit, multumq; intexuit æthera limo. Hi longè uentura notant, dubijsq; parati Caſibus occurrunt fabro meliore potiti. Deteriore luto prauus quos edidit autor, Quem meritò Graij perhibent Epimethea uates, Et nihil ætherij ſparſit per membra uigoris. Hi pecudum ritu non impendentia uitam, Nec res antè uident, accepta B clade queruntur. Parum mitis. Voluit enim prodeſſe, & obfuit. Subfurato namque igni, adeò moleſtum dijs fuit, ut præter Promethei pœnas, etiã homines malis pluribus, & morbis affecerint, ut teſtatur Horatius: Ignem fraude mala gentibus intulit,

Poſt ignem æthera domo Subductum: macies, & noua febrium Terris incubuit cohors.

Aut uelut Etracides magno ter ab Hercule quintus
Cæſus in immenſum proijciare fretum.
Aut ut Amyntiaden turpi dilectus amore
Oderit, & ſæuo uulneret enſe puer.
Nec tibi fida magis miſceri pocula poſsint,
Quàm qui cornigero de Ioue natus erat.
More uel intereas capti ſuſpenſus Achæi,
Qui miſer aurifera * teſte pependit aqua.

*reſte, al. aliàs, triſte

DOM. Aut uelut Etracides. Etracides cum Clebam puerum Dori filiũ in delicijs haberet, eiq; tribueret omnia, ab eo occiſus eſt. Nam puer in militarem ardorem excitatus, necato domino, exercitum cõtraxit, lateq; euagatus condidit Cumam Phryconitidem. Strabo ſcribit. Aut ut Amyn B tiaden. Celmus puer dum Ioui puero ſe totum addixiſſet, peteretur q; à Satillo Amantij filio, iratus cum uulnere interemit. cuius cædis piaculo in adamantem ob duritiem conuerſus eſt. Fabulæ particulam percurrit Ouidius in quarto Metamor. De Ioue natus. Alexander, qui Iouis Ammonis dici et haberi filius uoluit, quod Olympias mater aliquando per epiſtolam accuſauit, ueneno necatus eſt ab Iola pincerna Antipatris filio: cuius conſilij autor & particeps habitus eſt Ariſtoteles. Venenum erat humor quidam, qui ex rupe Nonacrina in Arcadia effluebat: neq; colligi poterat, aut contineri, niſi equi ungula. quem humorem Pauſanias appellat Stygem. Her. Plu. Pli. meminerunt Pli. ungulas tantum mularum repertas, neque aliam ullam materiã, quæ non proderetur à ueneno Stygis aquæ, cum id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret, memoria dignum eſt, magna Ariſtotelis infamia excogitatum. Suſpenſus Achæi. Achæus cum Lydiæ regnum obtineret, populumq; ad noua cogeret tributa, ob auaritiam factione populari, Attico duce necatus eſt: & in auaritiæ exprobrationem, elatis pedibus, demerſo capite in aqua Pactoli aurifera pependit.

ZAR. Aut uelut Etracides magno ter ab Hercule quintus. Omnes C qui ab Hercule deſcenderunt, Heraclidæ ſunt appellati: ſicut à Cæſare Cæſares, ab Arſaco Arſacidæ. Fuit autem decimusquintus ab Hercule quidam, cuius nomen nuſquam legiſſe memini, qui cuidam genitalia amputauit. Ipſe poſtea cæſus, & in mare proiectus, ut Euphorionis indicat uerſus: † Heraclides cuidam genitalia membra reſcidit, Sciſſaq; membra necis cauſa fuere ſuæ. Sunt aliqui, qui puerum Clebam intelligant, Etracides legentes, qui ipſum Clebam in delicijs habuit, à quo occiſus perijt Etracides. Fretum. A' feruefcendo fretum dicitur: & propriè illud eſt, ubi anguſtum eſt mare, ſicut inter Scyllam & Charybdin. Sed hic pro mari accipitur. quare etiam addidit, Immenſum, quo magis innoteſceret. Aut ut Amyntiaden. Philippus Amyntæ filius, Macedonum rex, annis uiginti & uno regnauit, autore Euſebio ac Iuſtino: qui ab oraculo acceperat, ut quadrigas euitaret: nam erat ab eis in fatis, ut occideretur. Quare ut Valerius Maximus, & Cicero in eo quem de Fato librum ſcripſit, quadrigas omnes diſiunxit: locumq; in Bœotia, cui Quadriga nomen erat, ſemper uitauit. Non tamen fati periculum effugere potuit. Stuprato etenim Pauſania ab Attalo Philippi ſororio, apud D quem ſæpiſsimè Pauſanias conqueſtus eſt, rex autem hoc protrahendo paruifecit, Pauſanias inimici Attali iniuriam in ipſum iudicem uertit: quem gladio, in quo quadrigæ erant, interfecit. Legitur & Abantiades, recto caſu: & Cherinum dicit Abantis filium, cuius amore Satillus deperibat. At Cherinus enſe ipſum interfecit, ut Euphorion eſt autor: Oebalium puerum quantum dilexit Apollo, Tantum, ſed fruſtra Cherinum Satillus amauit. Ac uelut agna lupos, uiſos fugit urſa leones, Sic puer ignarus Veneris fugiebat amo- F res. Apud quoſdam legitur Amantiaden, & Celmum puerum dicunt, qui totum ſe Ioui puero dedit: cumq; à Satillo Amantij filio peteretur, iratus eum interemit. Nec tibi fida magis. Conſtat ſanè inter omnes autores, Alexandrum cognomento Magnum, Philippi Macedoniæ regis, & Olympiadis filiũ fuiſſe, qui Ammonis Iouis ex eo filius dici uoluit, autore Plutar. quòd ad Ammonem in Libyam cum eſſet profectus, à ſacerdote quodam Iouis filius eſt appellatus. Diuerſa de eius obitu traduntur. Volunt nonnulli, per febris ſæuitiam ſitim collegiſſe, & uinum potaſſe: & ob id mentis impotem factum, extremum obijſſe diem pridie calendas Quintiles. Alij autem per Iollam pincernam Antipatris filium, ipſo autore Antipatro data aqua Nonacrina frigidiſsima, quæ (ut Zonaras tradit) non poterat niſi aſini ungula contineri. Iuſtinus & Plutarchus equi dicũt, Plinius uerò & Victorinus muli ſcribũt. cuius aquæ hic meminit Victorinus in quinto libro de Architectura. Item in Arcadia nominata terræ regio, quæ habet in montibus & ſaxis ſtillantes frigidiſsimos humores. Hæc autem aqua ςυγὸς ὕδωρ appellatur, quam nec argenteum, nec æneum, nec ferreum uas poteſt continere: ſed diſijcitur, ac diſsipatur. Conſeruare autem eam, & continere nihil po- G teſt, niſi mulina ungula, quæ etiam memoratur ab Antipatro in prouincia, ubi erat Alexander, per Iollam filiũ prolata, ab eaq; aqua regem eſſe necatum. Scribit Plutarchus nonnullos affirmare, nequaquam ueneno perijſſe, cum nullũ extiterit poſt mortem indicium. Multas refert opiniones Plutarchus, quas recenſere nimis longum eſſet. Vnum tantũ adijciam, ante trigeſimumtertium ætatis ſuæ annum defunctum fuiſſe. Quod ſi ad ſenium immatura mors perduxiſſet, totum terrarum orbem ſibi audientem ſubegiſſet. Nam nullam urbem obſedit, quam non expugnauerit. Cum nullo hoſtium unquam congreſſus, quem non uicerit. Nullam gentem adijt, quam non calcauerit. Poſtremò infœliciter Babylone, quam ut euitaret, erat admonitus, è uita deceſsit.

Miſceri pocula. nam cum uirus in uas imponitur, miſceri dicitur. Hinc illud poetæ: Miſcet amatori pocula grata ſuo. Pocula. A' potione poculum dicitur. Varro. De Ioue cornigero. Iupiter Ammon, ab ἄμμος, quod arenam ſignificat, dictus eſt. Nam Iupiter Baccho & populo ſuo ſitienti, per Libyam peragranti, in arietis forma pede arenã pulſauit, ubi quamprimùm aqua ſcaturijt. Vnde Bacchus Ioui patri templum erexit. Autor eſt Herodotus & Strabo. Et ideo cornigerum nunc Poeta appel- H lat. Capti ſuſpenſus Achæi. Achæus ab Antiocho captus, ſuſpenſus eſt in Pactolo Lydiæ fluuio, quemadmodũ in epigrãmatibus Boethius tradit: Antiochus capit, & uictũ ſuſpẽdit Achæũ:

†Etracides, fortaßis

A Vnda tibi hæc, credas, aurea teſtis erit. Quidam ſcribunt ipſum, Attico duce, factione populari propter auaritiam interfectum, qui in aqua Pactoli ob maiorem ignominiam pependit. Aurifera aqua. Mida rex Phrygum à Baccho impetrauit, ut quicquid ſuo corpore tangeret, aurū fieret. quod multum ſibi obfuit. Nam cibum edere non poterat, quia tactu ſuo aurū reddebatur. Admonitus eſt à deo, ut ſe in Pactolo flumine ablueret: cuius ablutione auriferum fluuium effectum, in 11. Metam. ſcribit Ouidius.

MICYL. Aut ut Amyntiadem turpi dilectus amore.) De Pauſania & cæde Philippi, Amyntæ filij, Alexandri patris, Iuſtinus tradit libro nono. Cæterùm quia Diodorus duos Pauſanias recenſet: al- E terum, qui Philippo amatus fuerit: & alterum, à quo idem Philippus interfectus: dubitari poteſt, num potius de Archelao, qui & ipſe Amyntæ filius fuit, Philippi frater, ſed ex diuerſa matre, hic locus accipiendus ſit. Nam & hic ab amaſio ſuo quodam interfectus legitur: de qua re Plato in Alcibiade poſteriore ita meminit, οἶμαι δέ σε οὐκ ἀνήκοον εἶναι, ἐνιά γε χθιζά τε καὶ πρωϊζὰ γεγενημένα, ὅτι ἀρχέλαον τὸν μακεδόνων τύραννον τὰ παιδικὰ ἐρασθέντα τῆς τυραννίδος οὐδὲν ἧττον, ἤπερ ἐκεῖνος τῶν παιδικῶν ἀπέκτεινε τὸν ἐραστὴν, ὡς τύραννός τε καὶ εὐδαίμων ἐσόμενος.

Aut ut Achilleidem cognato nomine clarum
Opprimat hoſtili tegula iacta manu.
Nec tua quàm Pyrrhi fœlicius oſſa quieſcant,
Sparſa per Ambracias quæ iacuere uias.
Nataq́ue ut Aeacide iaculis moriaris adactis:
Non licet hoc Cereri diſſimulare † ſcelus.
Vtq́ue nepos dicti noſtro modò carmine regis
Cantharidum ſuccos dante parente bibas.

† nefas, al. in quibuſdā etiā, ſacrum

DOM. Aut ut Achilleidem. Pyrrhus materno genere ab Achille oriundus, paterno ab Hercule, cū aduerſus Antigonū Argos obſideret, anus è tecto ſpectans filium prodeuntem in aciem, & periculo commota, utraq; B manu tegulam demiſit, qua exanimatus eſt Pyrrhus, ut Plutar. & Cornelius ſcribunt. ut Trogus tradit, ſaxū fuit. Alcyoneus Antigoni filius patri caput detulit: ſed corpus (ſi Plutarcho credimus) magnificè eſt ſepultū ab Antigono: ſi Trogum & Corneliū ſequimur, reſtitutū filio, & in Epirum patriam relatum. Nec tua quàm Pyr. De altero Pyrrho intelligo: nam Pyrrhū ſuperiorē magnificè ſepultū tradit hiſtor. Vel ſi de eodē Pyrrho, intelligas eum iacuiſſe inſepultū, dum ab Heleno filio refertur Ambraciā. Nataq;. Heraclia Hieronis filia, cū genere Achillis coniuncta, ueteri affinitate infelicitatē ſtirpis Achilleæ luit. nā quãuis ad ſacrarium Cereris cōfugiſſet, ut labēte re Syracuſana eſſet tuta, tamē cū duab. puellis, quas habebat filias, eodē populi tumultu, quo Hiero perierat, telis cōfixa cecidit. Partē hiſtor. accipe ex Liu.

ZAR. Aut ut Achilleidem. Pyrrhus Epirotarū rex, ex Pythia Memnonis Theſſali filia, & Aeacide ab Achille oriundo natus, unum tantùm & integrum os pro dentibus habuit. Vndecimum agens annum, regnum Epiri recepit: nam pater Aeacides à ciuibus in exilium exactus eſt, propter diutina bella contra Macedonas, quibus populum fatigabat. Ob idq; etiam filium bimum per- C dere quærebāt, ſed furtim eſt in Illyrios delatus, ac Beroæ regis Glauciæ uxori traditus. Tantus hic extitit, ut ſolus Tarentinos contra pop. Rom. tueri poſſe uideretur. Sed in Argi obſidione, ubi Antigonus Macedoniæ rex erat, à fœmina quadam, autore Plutarcho, tegula in caput demiſſa occiditur. quod etiam Euphorion comprobat: Argon ut hoſtilem circundidit undiq; Pyrrhus Opprimit, & ſubitò tegula iacta caput. Iuſtinus autem inter confertiſſimos hoſtes dimicantem, de muris iactato ſaxo ſcribit interijſſe. cuius caput Alcyoneus Antigoni filius patri detulit, quod unà cum corpore magnificè Antigonus, ſi Plutarchum ſequimur, cremauit: ſi uerò Trogum, Heleno filio traditum affirmamus, qui deinde ipſum in patriam aſportauit. Cognato nomine clarum. Clarus ob egregia eius geſta eſt appellatus. Nec tua quàm Pyrrhi. Pyrrhus flauus dicitur, ut ſcribit Cicero. Flauus autem fuit, cui hoc nomen primò eſt inditum. unde & reliqui ab eo Pyrrhi ſunt nuncupati. Modò oſtendimus Iuſtini autoritate, Helenum Pyrrhi patris oſſa in Epirum aſportaſſe: quæ ut fuerint collocata, nondum me legiſſe memini. Quare de Pyrrho Claro dictum exiſtimo, cuius fortè oſſa per Ambraciam ſparſa D fuere, dum à filio portarentur. Aliqui de altero Pyrrho interpretantur, cui ſententiæ non repugno. Ambracias. Ambracia, teſte Liuio, urbs in Epiro eſt, aſpero ſubiecta tumulo. dudum Pyrrhi regia fuit. Eſt et Ambracius ſinus, autore Plinio, 39. mil. paſſ. longitudine, latitudine quindecim mil. Nataq; ut Aeacide. Vt in ueteri legimus commentario, Laodamia, ſiue Peribœa Pyrrhi filia fuit: quæ cum in templum Cereris Ambraciæ confugiſſet, inimicorum telis eſt interfecta. Intelligunt nonnulli Heracliam Hieronis F filiam ex Achillis genere, quæ in templo Cereris unà cum duabus filiabus à populo Syracuſano telis confoſſa cecidit. Diſſimulare ſcelus. Senſus eſt: Quemadmodum in templo Cereris filia Pyrrhi uel Hieronis transfigere ſacrilegium fuit, ita te liceat impunè interficere, & proinde non diſſimulare. Vtq; nepos dicti. Magnetes Gelonis & Nereidos Pyrrhi filius fuit, cum quo mater rem habere uoluit: idq; non conſecuta, filium Cantharidum ueneno ſuſtulit, ut uetuſtiſſimus ſcribit interpres. Cantharidum ſuccos. Plinius lib. 11. cap. 35. Natural. hiſt. docet Cantharidū alas mederi: quibus demptis, lethale eſt uenenū illorum. Eſt autem genus uermis terreſtris. Idem autor in 27. de uulgari lapide locutus, ait: Lapis uulgaris iuxta flumina fert muſcū ſiccum canū. Hic fricatur altero lapide, addita hominis ſaliua. Illo lapide tangitur impetigo. Qui tangit, dicit, φεύγετε κανθαρίδες λύκος ἄγριος ὔμμι διώκει.

MICYL. Aut ut Achilleidem cognato nomine clarum.) Cognato nomine clarum dicit, quoniā Aeacides & ipſe & pater eius, ab autorib. dicuntur. Hinc & oraculū illud, Aio te Aeacida Romanos G uincere poſſe. Libet aūt hoc loco adijcere, quæ de eiuſdem morte à Pauſania traduntur. Sic enim in Atticis: μαχομένων δὲ πρὸς ἀργείοις ὕλῃ καὶ οἰκίαις, καὶ κατὰ τοὺς στενωποὺς, καὶ κατ' ἄλλο ἄλλων τῆς πόλεως, ἐνταῦθα ὁ πύρρος ἐμονώθη, καὶ τιτρώσκεται τὴν κεφαλήν. κεράμῳ δὲ βληθέντα ὑπὸ γυναικὸς τεθνάναι φασὶ τὸν πύρρον. ἀργεῖοι δὲ οὐ γυναῖκα τὴν ἀποκτείνασαν, δήμητρα δέ φασιν εἶναι, γυναικὶ εἰκασμένην. Et paulo pòſt idem addit, θαῦμα δὲ ποιοῦμαι τὸ καλουμένων αἰακιδῶν αὐτοῖς κατὰ τὰ αὐτὰ ἐκ τοῦ θεοῦ συμβῆναι τὴν τελευτὴν, εἴ γε ἀχιλλέα μὲν ὅμηρος ὑπὸ ἀλεξάνδρου φησὶ τοῦ πριάμου καὶ ἀπόλλωνος ἀπολέσθαι, πύρρον δὲ τὸν ἀχιλλέως ἡ πυθία προσέταξεν ἀποκτεῖναι δελφοῖς, τῷ δὲ αἰακίδου, συνέβη τὰ ἐς τὴν τελευτὴν, οἷα ἀργεῖοι λέγουσι, καὶ λυσανίας ἐποίησε. Nec tua quàm Pyrrhi fœlicius oſſa quieſcāt.) De Pyrrho Neoptolemo intelligendū, de quo in fragmentis Hygini ita legitur: Neoptolemus Achillis & Deidamiæ filius, ex Andromacha Eetionis filia captiua procreauit Amphialum. Sed poſtquā audiuit Hermionē ſponſam ſuam Oreſti eſſe datam in coniugium, Lacedæmonem uenit, & à Menelao ſponſam ſuam petit. Cui ille fidē ſuam infirmare noluit, Hermionemq; ab Oreſte abduxit, & Neoptolemo dedit. Oreſtes iniuria accepta, Neoptolemū Delphis ſacrificantem occidit, & Hermio- H nem recuperauit. cuius oſſa per fines Ambraciæ ſparſa ſunt, quæ eſt in Epiri regionibus. Nataq; ut Aeacidæ iaculis moriaris adactis.) De Laodamia Pyrrhi Aeacidæ filia, ſorore Nereidos, intelli-

A intelligendum uidetur, de qua Iuſtinus lib. 28. ita ſcribit: Cum ex
gente regia ſola Nereis uirgo cum Laodamia ſorore ſupereſſet,
Nereis nubit Geloni Siciliæ regis filio. Laodamia autem cum in
aram Dianæ (ſiue Cereris potius legendum) confugiſſet, concur
ſu populi interficitur. Quod facinus dij immortales aſsiduis cla-
dibus gentis, & propè interitu totius populi uindicauerũt. Nam
ſterilitatem, famemq́; paſsi, & inteſtina diſcordia uexati, exte-
rius ad poſtremum bellis penè conſumpti ſunt. Miloq́; Laoda-
miæ percuſſor in furorem uerſus, nunc ferro, nunc ſaxo, in ſum
ma dentibus laceratis uiſceribus, duodecimo die interijt. Quòd
autem Laodamia & Nereis, ſorores, Pyrrhi filiæ fuerint, ex Li
uio patet, qui lib. 4. Decad. 3. Hieronymi, Gelonis filij, mater- B
num auum Pyrrhum uocat: & ex Pauſania item, qui in poſte-
rioribus Eliacis, μετὰ δὲ τὴν ἀγαθοκλέους τοῦ πρότερον τυραννήσαν-
τος τελευτὴν, inquit, συρακουσίων αὖθις ἀνεπεφύκει τύραννος ὁ Ἱέ-
ρων, &c. Et mox, οὗτος ὁ Ἱέρων ξενίαν πρὸς πύρρον τὸν αἰακίδην, καὶ
ὁμοῦ τῇ ξενίᾳ καὶ ἐπιγαμίαν ἐποιήσατο, γέλωνι τῷ παιδὶ νηρηίδα
ἀγαγόμενος τὴν πύρρου, &c. Quod autem Ouidius addit, Non li-
cet hoc Cereri diſsimulare nefas: uel eò referendum erit, quòd
circa templum aut aram Cereris, Laodamia interfecta fuit: uel
ad ſterilitatèm & famem, qua Epirotas afflictos, poſt hanc cæ-
dem puellæ, Iuſtinus tradit.

Aut pia te cæſo dicatur adultera, ſicut
 Qua cecidit Leucon uindice, dicta pia eſt.
Inq; pyram tecum cariſsima corpora mittas,
 Quem finem uitæ Sardanapalus habet.
Vtq; Iouis Libyci templum uiolare parentes,
 Acta noto uultus condat arena tuos.
Vtq; necatorum Darei fraude ſecundi,
 Sic tua ſubſidens deuoret oſſa cinis.
Aut ut oliuifera quondam Sicyone profecto,
 Sit frigus mortis cauſa famesq; tuæ.
Aut ut † Acarnides inſutus pelle iuuenci,
 Turpiter ad dominum præda ferare tuum.

DOM. Aut pia te. Oxilochus
rex Ponti, cum uxorem
haberet, cuius Leucon
frater adulter, necatus
eſt ab eo. Nam mœchæ
confiſus amore, ſperauit
Leucon ſublato Oxilo-
cho ſe regnaturum. Sed
B adultera mariti uicẽ ul-
ciſci maluit, quàm eſſe
turpis uxor regis, Leu-
conemq́; occidit adulte-
† Acharnides alij, c aſpirato — rum, unde eius pietas lau
data eſt. Partẽ hiſtoriæ
refert Strabo. [Stra
bo libro ſeptimo Leuco-
nis meminit, ut regis Põ
tici, ſed amplius nihil addit.] Sardanapalus. Sardanapalus
trigeſimus à Nino, ultimus Aſſyriorum rex, Anchialæ in Cili-
cia ſepultus, tale habet epitaphium: Ede, bibe, lude. Charilo hoc
carmen addente: Hæc habeo, quæ edi, quæq́; exaturata libido
Hauſit. Eodem igitur rogo & ipſe abſumptus eſt, & regnum.
nam moriturus res precioſas in rogũ coniecit. Lege de hoc Stra
bonem in primis, Diodorum, & Trogum. Vtq; Iouis Libyci.
Cãbyſes, cuius meminerũt Herodotus & Trogus, cum ſtudio eua
gandi Aegyptum peteret, miſit qui popularentur templum locu
pletiſsimum Iouis Ammonis: qui omnes ira numinis arenarum
cumulis obruti ſunt. De inſania ducis ſcribit Herodotus. Eodem
C genere mortis perierunt Pſylli populi pugnantes aduerſus Au-
ſtrum. Darei ſecundi. Secutus ueram (ut arbitror) hiſtoriam,
ab his diſſentio, qui aliter ſcripſerũt. De Ocho intelligit, qui Da
reus poſtea eſt dictus. Hic cum oppreſsiſſet ſeptẽ magos, qui una
factione Perſarum imperium obtinebant, factus eſt rex, deditq́;
fidem ijs qui erant facinoris ſocij, ſe non necaturum aliquem ipſo
rum aut ueneno, aut ferro, aut ulla ui, aut inopia alimentorum:
ſed noua fraude ſupplicij excogitata, cunctos ſuſtulit. Locum e-
nim munitum altis parietibus compleuit cinere: inde ſuppoſito ti
gno, largo epulo eos accipiebat. ubi conſopiti, in congeriẽ illam
cineris decidebant, & obruebantur. Autor eſt Valerius libro no
no, capite ſecundo de Crudelitate. Aut ut oliuifera quondam.
Neocles Sicyoniorũ rex à ſuis deiectus ob crudelitatem, fame et
† μήκων, ut Steph. — frigore extinctus eſt. Sicyone olim † Mecone dicebatur, ut Var
roni placet. Sed Sicyon eſt dicta à Sicyone rege, qui illic tenuit
imperium, ut placet Euſebio. In Peloponneſo eſt, clara oliuarum
ubertate & præſtantia. Vnde Virgilius baccam Sicyoniam ap-
pellat. Picturæ initium dedit, & Plaſtices. Incolæ Heben colunt
uxorem Herculis, quam Diam appellant. Acarnides. Hery-
* mas, ut alij codices habent, Hermias, Acarni filius, in * Carna-
D nibus quondam obſeſſus & captus, inſutus eſt pelle iuuenci, &
ad uictorem in contemptum delatus.

ZAR. Aut pia te cæſo. Leucon, ut uetuſtiſsimus docet interpres, ex
Perſicis regibus Spartacum fratrem occidit, regno inde potiri
ſperans, cum & rem ha
beret cum ipſius fratris
uxore. Non tamen uo-
tum ualuit cõſequi. nam
in palude * Sabedana *
Leuconẽ mulier interfe
cit. quare pia eſt iudica
ta. Dicunt nonnulli,
Oxilochi regis Ponti E
uxorẽ hanc fuiſſe, non
Spartaci. Adultera.
Adulter, & adultera,
quòd ille ad alteram, &
hæc ad alterum ſe confe
rat. Autor Feſtus. Adul
terium autem, quod in
nuptam cõmittitur, Ser
uius dicit appellari. Inq; pyram tecum. Tonoſconcoleros, qui
græcè dictus eſt Sardanapalus Anacindaraxis filius, trigeſi-
musſextus & ultimus Aſſyriorum rex fuit, ut Euſebius ſcribit.
Annis uiginti regnum obtinuit, una die Tarſum & Anchialem
urbes condidit. Qui omni uitiorum labe excelluit, luxurioſus,
adeoq́; effœminatus, ut & habitum, & uocem, exercitiaq́; mu-
lierum ſit ſequutus: nunc uiri, nunc mulieris uice abutebatur.
Quæ tam impudica cum Arbaces præfectus ipſius, Medis præ-
poſitus, eſſet conſpicatus, in eum bellum mouit, quem facilè ui-
cit, † triduo urbe Nino obſeſſa. Qua expugnata, Sardanapalus † triennio. ſic enim apud Diod. legitur
in hoc tantùm uiros imitatus, in pyram ſe, uxoribus atque eunu-
chis in eadem recluſis, cremandum iniecit. Eſt Anchialæ Sarda
napali monumentum, ubi huiuſmodi legitur epigramma: Sar-
danapalus Anacindaraxis filius Anchialen & Tarſum una die G
condidit. Ede, bibe, lude. Cum te mortalem noris, præſentibus
exple. Namque ego ſum puluis, qui nuper tanta tenebam. Hoc
ſapiens uitæ mortalibus eſt documentum. Meminit autem &
Charilus horum, cuius hi uerſus circumferuntur: Hæc habeo,
quæ edi, quæq́; exaturata libido Hauſit. at illa manent multa &
præclara relicta. Autor Strabo libro decimoquarto, Diodorus
libro tertio, Cicero in Tuſculanis quæſtionibus, & Iuſtinus li-
bro primo. Vtq; Iouis Libyci templum uiolare parentes. Cy
ri Perſarum regis Cambyſes filius fuit, qui annis octo regnauit,
autore Euſebio. Aegyptum adijt, unde exercitum ad Ammonis
oraculum cremandum miſit. Ac diuino miraculo, cum ex urbe
Oaſi iter faceret, iamq́; medio ferè ſpacio inter Oaſios & Am-
monios pranderet, ingruiſſe ualidum auſtrum ſcribit Herodotus
libro tertio, & ab arenis obrutum periſſe: ut etiam meminit Iu-
ſtinus libro primo. Eodem mortis genere Pſyllos interijſſe ſcri-
bit Gellius libro decimoquinto. Templum ſignificat ædifi-
cium deo ſacratum, & tignum quod in ædificio tranſuerſo po-
nitur. Autor eſt Feſtus. Templum etiã dicit Nonius ſepulchrum H
appellari. Virgilius: Præterea fuit in tectis de marmore tem-
plum Coniugis antiquæ. Multa Varro de hac dictione in libro
Ety. ſcribit. Vtq; necatorum Dar. Dareus ſecundus cuiuſdam

A Priami filius, cum ſuos ciues non interfecturum iuraſſet, tormentis occidebat. Dareus etiam ſecundus primo in regnum ſuccedere non potuit, donec iureiurando ſtipulatus fuiſſet, ſe more parentis ueneno minimè ciues occiſurum. Sed regno in ſuam ditionem accepto, in fouea calido cinere plena eos uita priuabat, ut apud uetuſtiſſimum commentarium comperi. De Ocho aliqui dictum uolunt, qui Dareus eſt dictus. cuius hiſtoriã Valerius Max. in cap. de Crudelitate pluribus uerbis explicat. Aut ut oliuif. Neocles Thuſcus ex Sicyone pulſus, omnibus uitæ præſidijs deſtitutus, fame (ut uetuſtiſſimus interpres ſcribit) & frigore mortem obijt. Sicyone. Sicyon urbs Achaiæ in Laconia, teſte Plinio eſt. Olim Mecone dicebatur, refertiſſima oliuetis. Vnde in 2. Georg. Virg. Teritur Sicyonia bacca trapetis. Aliam eodem nomine Plinius docet, inſulam in Aegæo mari, ex oppoſito ad Epidaurum altam & eminentem. quod Iuuenalis etiam tangit: Hic alta Sicyone. Sicyonia autem calceamenti genus eſt. autor Feſtus. Aut ut Acarnides inſutus pelle iuuenci. Filius Acarni in oriente tetrarcha fuit, qui cum Memnone bellum habuit: à quo uictus, iuuenci pelle eſt inſutus, ac ſub menſa detentus, ut uetuſtiſſimus narrat interpres. B

MICYL. Aut ut Acharnides.) Huc fortaſſis & illud pertinet, quod Valerius ſcribit libro nono, capite ſecundo, de crudelitate Barbarorum: Sicut illi Barbari, inquit, quos ferunt mactatarum pecudum inteſtinis & uiſceribus egeſtis, homines inſerere, ita ut capitibus tantummodo emineant: quoq; diutius pœnæ ſufficiant, cibo & potione infœlicem ſpiritum prorogant, donec intus putrefacti, laniati ſunt ab animalibus, quæ tabidis in corporibus naſci ſolent.

Inq; tuo thalamo iuguleris more Pheræi,
Qui datus eſt letho coniugis enſe ſuæ.
Quosq; putas fidos, ut Lariſſæus Alebas,
Vulnere non fidos experiare tuo.
Vt Milo, ſub quo cruciata eſt Piſa tyranno,
Viuus in occultas præcipiteris aquas.
Quæq; in Adimantum Phyleſia regna tenentem,
A' Ioue uenerunt, te quoq; tela petant.

DOM. Pheræi. Alex. Pheræus, cuius meminit Cicero in Officijs, cum ſoli uxori fidẽ non haberet, nihilq; ſuarum rerum ei cõmitteret, mulieris inſi-
B dias declinare non potuit: nam enſe ab ea iugulatus eſt. Alebas. Alebas pater fuit Argi, ut uidetur ſignificare Sophocles, qui Argam Alebadem appellat. Is cum Lariſſam teneret, ingenti crudelitate ſatellites ſibi fortiſſimos adhibuit, quibus ſolis tutiſſimus fore uidebatur. Ab his tandem per inſidias obtruncatus eſt. Lariſſa multis in locis eſt. uno nomine in plaga Phthiotica, locus penſilis in Creta, oppidum in Peloponneſo, arx Argiuorũ. Lariſſus fluuius Eleorum, Argum & Dimantiũ diſterminat, ibiq; Lariſſam eſſe Theopompus ſcribit. Lariſſa præterea in Aſia iuxta Cumã. Lariſſa penè inuia ad Mechinã. Lariſſa in agro Attico ad Trales. Præterea Aſiæ eſt Lariſſa: unde Iupiter Lariſſæus nomen accepit, ut Straboni placet, cum Achilles Lariſſæus dicatur à Lariſſa Phthiotica. Poſtremò Lariſſa eſt in finibus Hemi. Vtq; Milo. Milones quatuor fuerunt. Milo Crotoniates, lacertorum robore inclytus: cuius meminerunt Diodorus in 12. Hiſt. Strabo, & Cicero. Milo Romanus, Clodij nece damnatus, & in bellis ci-
C uilibus ictu lapidis extinctus. Milo Epirota, qui haſtam coniecit in Laodamiam filiam Pyrrhi, ut Trogus ſcribit, quæ ad numina Dianæ confugerat. Quo piaculo uerſus in inſaniam, intra duodecimum diem mortuus eſt. De hac dicit Laodamia ſcilicet, quod non intelleximus, ſecuti Titum Liuium, qui de Heraclia hiſtoriam ſcriptam reliquit, quam tradidimus. Poſtremò Milo fuit Piſanus, qui cum ſuos uarijs cruciatibus afficeret, pondere lapidis ictus, in profundũ demerſus eſt. Piſam tenuerunt præter Milonem Enomaus & Salmoneus. Vrbs à regione Piſa nomẽ accepit, ut eſt apud Strab. quã incolæ Beſan uocant. Steſichorus poeta Piſam urbem negat, ſed totam ait regionem dici Piſam. In Adimantum. Adimãtus Phileſiorũ rex, cum Iouẽ nec ſacrificijs dignaretur, nec deũ putaret ſe maiorẽ, fulmine ictus eſt. Alterius Adimãti meminit Plato in dialogo qui inſcribitur Parmenides.

Inq; tuo thalamo. In ſecundo Officiorũ docet Cicero, pariter
ZAR. & Valerius Max. Alexandrũ Pheræum uxorem Theben admodum dilexiſſe: tamen ex epulis ad eam in cubiculũ cum ſe conferebat, Barbarum diſtricto gladio iubebat anteire: deq; ſtipatoribus ſuis præmittebat, qui muliebres arculas perſcrutarẽtur. Non tamen eum fefellit opinio: nam ab uxore propter pellicatus ſu-
D ſpicionem eſt interfectus. Pheræ plures ſunt, ut in Achaia nouem montium ſunt inter Megaram & Thebas. Item in Theſſalia, ut Plinius docet. Sunt & in Argo, teſte Homero, Pylo propinquæ.

Letho. A' λήϑ uerbo lethũ dici ait Priſcian. unde Deleo. Feſtus autem Pompeius ab obliuione, quam Græci λήϑην uocant, lethum dicit appellari. quod ſi à græco uenit, cum aſpiratione ſcribendũ. Quosq; putas fidos. Thiodamãtis filius fuit Alebas, qui Lariſſæ in Theſſalia dominatum habuit. Extruxit autem Lariſſam Theſſalicam Acriſius: quæ à Lariſſa Pelaſgi filia nomẽ habuit, ut Hellanicus ſcribit in hiſt. Satellites, ciuiũ timore Alebas ad cuſtodiã habebat, quos fidos ſibi exiſtimabat. At ab ipſis poſtea eſt interfectus, ut à uetuſtiſſimo accepimus interprete. Fidus dicitur ſocius, & à fido uenit. Fidelis autem ſeruus, & à fide deriuatur. Don. eſt autor. F

Vtq; Milo. Milones plures fuiſſe cõſtat: quorum quidam Piſam Elidos tenuit, qui Piſanos cruciatibus afficiebat. Tandem in Alpheum fluuium Piſam profluentem demerſus à Piſanis eſt, ſi uetuſtiſſimo credimus interpreti. Eſt & Piſa in Italia ciuitas inter amnes Auſerem & Arnum, ut in tertio Natural. hiſt. cap. 5. Plinius eſt autor. à Pelope, Piſisq; Elidos, ſiue * Cænucanis græca gente. Tyranno. Tyrannus à Tyrrheno Atys filio nomen eſt. Hic ex Lydia in Italiam uenit: eamq; partem occupauit Italiæ, quæ à ſe nomen traxit, expulſis Pelaſgis in Thuſcia, dicta à ſacrifico ritu, teſte Plinio. Et quia ui alienas tenuit ſedes, tyrannus is dici cœptus, qui uiolenter aliquid egit. Eſt cõmunis generis nomen. Nam Theodoſij grãmatici eſt regula, quòd nomina profeſſionem aut dignitatem ſignificantia, cõmunis ſunt generis: ut hic & hæc dux ducis, hic & hæc philoſophus, hic et hæc abbas abbæ. non aũt abbatis, et abbatiſſa, ut imperiti grãmatiſtæ peruerſe pueros docent. Ita hic & hæc tyrãnus. Occultas aquas. non quia aquæ ſint occultæ, nam mediam per urbẽ interfluit: ſed quia occultè demergitur fluuius. Quæq; in Ad. Adimãtus Phyletiæ rex, Põto cõiunctæ, ſiue (ut alij uolũt) Theſſaliæ, deorũ contẽptor, dijs ſacrificare neglexit, ſe ipſis maiorẽ prædicãs. quare à Ioue (ut uetuſtiſſ. exponit interpres) fulmine ictus interijt. Meminit in dialogis Plato cuiuſdam Adimanti: ſed nihil ad hunc locum. G

* Atentanis, ſic in codicibus Plin.

[Meminit & Polybius alterius cuiuſdam, libro quarto, quem Lacedæmone in foro, à diuerſa factionis iuuentute confoſſum ſcribit: dum Macedones, ut conſeruatores Laconum, defendit: Sed neque hoc ad rem præſentem. Illud addendum, fuiſſe & deum, ſiue heroem quendam Ponticum, Phileſium nomine, qui apud Trapezuntios colebatur, ut indicat Arrianus in περίπλῳ Euxini. Quanquam hoc loco Phyleſia regna per y. ſcribendum magis putẽ, uerſus gratia, ſiue à Phylete aliquo, hoc nomine, ſiue aliunde tractum. Cæterùm ſunt qui neq; hoc, neque illo modo ſcribant, ſed Phylleia regna, à Phyllo Theſſalica urbe, ut ipſis placet. Nam et Adimantum hunc Theſſalum fuiſſe. Quod H

equidem

A equidem illorum iudicio relinquo.] Petant: feriant, percutiant. Multas hoc uerbum habere ſignificationes Non. Mar. docet. Petere enim eſt poſcere, uocare, appetere, ſequi, abducere, eligere, obtinere, expectare: & ut hoc loco, percutere, ferire.

MICYL. Inq; tuo thalamo iugul. more Pheræi.) De Alexandro Pheræo, & eius exitu copioſe tradiderunt Xenophon lib. 6. de Rebus Græcorum, & Plutarchus in uita Pelopidæ. Vt Lariſſæus Alebes.) Apud Suidam & Theocritum Aleuas ſcribitur, græca diphthongo ευ. Innuit autem & Theocritus Aleuæ potentiam, & opes ablatas fuiſſe, cum dicit omnem eius memoriā interiturā fuiſſe, niſi à Simon. poeta celebratus fuiſſet. Quo loco Cōment. addit, τὰ ᾗ περὶ ἀλεύαν τὸν σιμὶς, πάντα ἀνέλιπεν φορίμω. E

> Aut ut* Amaſtricis quondam Lenæus ab oris,
>   Nudus Achillea deſtituaris humo.
> Vtq; uel Eurydamas ter circum buſta Thraſylli
>   Eſt Lariſſæis raptus ab hoſte rotis.
> Vel qui quæ fuerat tutatus mœnia ſæpe,
>   Corpore luſtrauit non diuturna ſuo.
> Vtq; nouum* paſſa eſt genus Hippomeneia pœnę,
>   Tractus * & Actæa fertur adulter humo:
> Sic, ubi uita tuos inuiſa reliquerit artus,
>   Vltores rapiant turpe cadauer equi.
> Viſcera ſic aliquis ſcopulis tua figat, ut olim
>   Fixa ſub Euboico Graia fuere ſinu.

* Amaſtriacis

* paſſa genus Hippomeneide. & mox, Tractus in Act.

DOMI. Aut ut Amaſt. Amaſtris urbs eſt in peninſula habens portus ex utraq; parte, quam condidit Amaſtris Oxyartis filia, uxor Dionyſij tyranni Heracleenſis. Hic Dionyſius Lenæus dictus eſt: qui expulſus à Mithridate, aufugit in ἀχιλλέως δρόμον, in locū, quē curſum Achillis appellant, ubi à ſuis deſertus, perijt omni deſtitutus ope. eodē in loco eſt locus Achilli ſacer. Eſt præterea Achilleū nō procul à Troia, cuius Strabo meminit. Sed hic
B per terrā Achilleam intelligit curſum Achillis. Buſta Thr. Thraſylli tres fuerunt, ut hactenus cōperi, libertus Cæſaris Au. Alter mathematicus, qui Caligulā imperaturū negauit. Tertius per contentionē interfectus ab Eurydamante uate, cuius mortē Lariſſæi ulti ſunt. nam Eurydamas tractus eſt curru inter buſta Thraſylli in inferias. Eurydamas ſomniorum interpres, ut ſcribit Hom. Abantē, et Polyidū, filios deterrebat à bello Troiano, quoniā per ſomnia uiderat eos interituros. Verba hæc ſunt Ho. Hic Abantē ducebat, et Polyidū filios cura Eurydamantis ſenis, ſomniorū interpres. Et qui. Hector cū bellū Troianū uiribus ſuis in decenniū diſtuliſſet, Patroclo interfecto, Achillē in furorem ultionis prouocauit: à quo uictus, ter circū mœnia tractus eſt ut pictura Virgiliana docet, et copioſius Ho. carmē in fin. Iliad. ubi Priamus ſenex aquilarū auguriū ſecutus, filij corpus auro redimit. Hippomeneia. Hippomenes Athenarū princeps fuit, cuius filia in adulterio deprehenſa eſt à patre: ob ſcelus iuncta cum equo: qui clauſus cū alimentis careret, dentes in puellā coniecit. Adulter uerò per regionē Atticā ab equis tractus diſcerptus eſt. Puella ab Ouid. dicitur Hippomeneia, ab Hippomene patre, qui
C ob acerbitatē ſupplicij in filiā imperio deiectus eſt. Eadē dicitur Limone. Nam λιμὸς græcè, latinè ſignificat famē, ob quā puella ab equo conſumpta eſt. Qui ſcribat hanc hiſtoriā apud Latinos, nondum reperi: nec apud Græcos, præter unum Suidam, qui Hippomenis hiſtoriam perſtringit.

ZAR. Aut ut Amaſt. Amaſtris ciuitas Mithridatis fuit, qui Meciſteum quendam ex Lemno ueniēs, ut uetuſtiſſimus ſcribit interpres, expulit, in locumq;, qui Dromos Achilleus, ab Achillis exercitatione dictus eſt, aut. Plin. uenit: ubi à ſuis deſtitutus, omni priuatus auxilio perijt. Sunt qui dicūt Amaſtrim Oxyartis filiā Dionyſij tyranni Heracleenſis uxorē, à ſuo nomine urbē condidiſſe, qui Dionyſ. Lenæus eſt appellatus, olim fugatus, ut diximus à Mithridate. Vtq; uel Euryd. Mos diu apud Theſſalos fuit, ut interficientiū corpora circa occiſorū ſepulchra traherentur, ut Eurydamātis exēplo cōſtat, qui circa Thraſylli (quē interfecerat) tumulū à Simo Thraſylli fratre tractus eſt, autore in 21. Iliad. Porphyrio. Buſta. Buſtū dicitur locus in quo mortuus eſt cōbuſtus. & ſepultus. & dicitur buſtū, quaſi bene uſtum.
D ubi uerò cōbuſtus quis tantūmodo eſt, et alibi ſepultus, is locus ab urendo uſtrina uocatur. Sed modò buſta ſepulchra uocamus. autor eſt Feſt. Vel qui, quæ f. Pertinacē ad bellandū Achillē fuiſſe, Homericū carmē demōſtrat, qui abrepta ipſius amica Briſeide à rege Agamemnone, nullis unquā legationibus & munerib. flecti potuit: adeò aūt quotidie Græcorū fugabatur exercitus à Troianis, atq; ſtrage imminuebatur, ut Patroclū Achillis amicū Græci utpote ultimū in tanto periculo remediū, Achillis armis induerint: ut ſi nō uerus Achilles eſſet, ſaltē ipſum repræſentaret, qui ſuprà quàm dici poſſit, timebaur à Troianis. Pa- F
troclus igitur Achilleis armis, & Myrmidonibus exornatus, in bellū cum cæteris Græcis prodijt: qui in fugā ſubitò Troianos dedit, ipſumq; Hectora, qui cōmonitus ab Apolline Patroclū eſſe, ipſum unà cū Euphorbo & Apolline interfecit, atq; ſpoliauit. Adeò aūt moleſtus Achilli Patrocli caſus fuit, ut ſe couſq; nō comeſurū, iureiurando pollicitus fuerit, quoad Hectora occidiſſet: duodecimq; nobiles Troianos, quib. Patroclo inferias exhiberet, cœpiſſet. nō defuit iureiurādo Achilles. nam die poſtera acceptis à matre Thetide armis, quæ Vulcanus ea nocte fabricauerat, Troianos omnes fugauit: quib. & ſtragē maximā dedit. Xanthus etenim fluuius ſanguinē, nō aquā emittere uidebatur. Captis aūt iuuenibus, Hectora à Pallade fratris ipſius imagine deceptū, circū Troiana mœnia fugientem interfecit, cuius corpus neq; quiſquam fuit Græcorū, quin haſta appeteret, quod ter circū Iliacos muros raptauit: auro poſtmodū in preciū dato Priamo, ipſum reſtituit, autore Hom. Nō tamē auri ulla mentio fit ab Hom. ſed multorū tantū munerū. Mœnia, quòd munita eſſent: qui ea gerebāt, ageres dicti, et quòd ager cōtineret, autor: Varr. Mœniana ædificia à Mœnio ſunt appellata. is enim pri-
mus ultra columnas extēdit tigna, quo ampliarētur ſuperiora, ait Feſtus. Luſtrauit, circuiuit. Luſtrare, eſt expiare, circumſpicere, ſeu patefacere, perſpicere, et ut hic circuire. aut. eſt Non. G
Vtq; no. p. Hippomeneiā dicit, ſi uetuſtiſſ. credimus interpreti, quæ antea Limone dicebatur, in adulterio deprehenſa, ab equis eſt dilacerata: unde & nomē habet. Eodē quoq; ſupplicio adulter affectus eſt. Alij aūt Hippomenē Athenarū principē dicunt, cuius filia in adulterio inuēta, ab equis eſt deuorata: quare Limone dicta eſt, id eſt fames. Adulterū uerò per regionē Atticā equi dilaniarūt. Aut ſicut per . t pereas Caſſandreus ille, Quem ſua gens multo onere diſperijt. Legūtur etiā ij uerſus, ſed nunquā fuiſſe Ouid. cōtenderim. Fertur aūt hic Caſſandreus uiuos homines ſepeliſſe, quod idē poſtea paſſus eſt. Viſcera ſ. a. Amymone una ex filiab. Danai, dum iaculo exerceretur, Satyrū imprudēs percuſſit, qui eā uiolare uoluit: ſed auxiliū à Neptuno implorauit, à quo Satyrus fugatus, mulier cōprimitur, ex qua natus dicitur Nauplius, Palamedis pater. aut. Lact. hic Palamedes prudentiſſ. fuiſſe perhibetur, qui inuitū Vlyſſē ad Troiā perduxit, ac magnā frumēti copiā in Græcorū caſtra cōduxit, nō ſine ma- H
gna Vlyſſis infamia, qui ad id fuerat negociū miſſus, et infecta re redierat. Ex eo igitur Vlyſſes aduerſus Palamedē ſtomachatus finxit ipſum ad Priamū de Græcorū proditione literas dediſſe, ob idq; auri copiam accepiſſe, quod Græcis Vlyſſes indicauit,

A literasq́; ac aurum, quod corruptis ſeruis Palamedis per noctem abſconderat, iuſsit in ipſorum Græcorum conſpectum portari. Quare Palamedem lapidibus occiderunt, ut Virgilius, Seruius, et Apollonius oſtendunt. Nauplius autem Palamedis pater, uolens filij ulciſci mortem, cum Græci expugnata Troia domum reuerterentur, lampadas per obſcuriſsimam noctem inter ſcopulos, ut moris eſt, oſtendit. quò cum Græcorũ naues applicuiſſent, in Euboico ſinu naufragiũ fecere: ſi Diti Cretenſi uetuſtiſsimo ſcriptori fidem adhibemus. Viſcera, ut Seruius docet, non tantùm inteſtina dicimus, ſed quicquid ſub corio eſt. & declinatur hoc uiſcus, uiſceris. Scopulus, à ſpeculando dictus, autore Seruio: uel ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν. Euboico. Eubœa tam modico æſtu diuidua eſt à Bœotia, ut dubitandũ ſit, an inter inſulas debeat numerari. duobus inſignis promontorijs: Gereſto ad Atticam uergente, & ad Helleſpontum Caphareo, & à Septentrione etiam Ceneo, latitudine 40. mil. paſſ. & infra 20. mil. circuitu. 365. mil. paſſ. pluribus quondam urbibus clara, ut Plinius & Solinus docent.

MICYL. Aut ut Amaſtriacis, &c.) Strabo lib. 12. μετὰ δὲ τὸν παρθένιον
B ποταμός ἐστιν ἄμαστρις, ὁμώνυμος τῆς συνῳκηκυίας πόλεως. Et rurſum: ἦν δὲ ἡ ἄμαστρις γυνὴ μὲν Διονυσίου τοῦ ἡρακλείας τυράννου, θυγάτηρ δὲ ὀξυάθρου, τοῦ Δαρείου ἀδελφοῦ τοῦ κατὰ ἀλέξανδρον, &c. Eadem & Stephanus: niſi quòd apud illum corruptè σικελίας, pro ἡρακλείας ſcribitur. Fuit autem eadem hæc urbs, κρώμνα aliquando dicta, ut apud Homerum, κρῶμνάν τ' αἰγιαλόν τε, καὶ ὑψηλοὺς ἐρυθίνους. autor Stephan. Tametſi rurſum Arrianus in Periplo, ſiue Itinerario Euxini, diuerſas faciat Amaſtrim & Cromnam. Sed hoc nihil ad rem præſentem. Vtq́; uel Eurydamas, &c.) In Comment. Græcorum quæ in Homerum feruntur, illud X ita legitur: ὁ δὲ καλλίμαχός φησιν, ὅτι πάτριόν ἐστι θετταλοῖς, τοὺς τῶν φιλτάτων φονέας σύρειν περὶ τοὺς τῶν φονευθέντων τάφους. σίμωνα γὰρ φησι θετταλὸν τὸ γένος, εὐρυδάμαντα τὸν μειδίου σύρειν φασίν, ἀποκτείναντα θρασύνον (ſiue θράσυλλον potius, ut hic, ſcribendum) τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἅψασθαί τε τοῦ νόμου πρῶτον. τὸν γὰρ ἐξάψαι τοῦ δίφρου τὸν φονέα, καὶ περὶ τὸν τοῦ τετελευτηκότος τάφον ἕλκειν, &c. | E
Vtq́; nouũ paſſa genus Hippomeneide pœna, Tractus in Actæa, &c.) Sic Aldina editio habet. Quanquam hoc, an illo modo legas, non multum intereſſe uidetur. Cæterùm de Hippomene, & quo ſupplicio idem filiã ſuam affecerit, Suidas in hunc modum tradit. ἱππομένης, inquit, ἀθηναίων ἄρχων, ὃς ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς διὰ αἰτίαν τοιάνδε. ἦν αὐτῷ θυγάτηρ ἥν τινα τῶν ἀστῶν τινὸς αἰσχύναντος λάθρα ὑπ' ὀργῆς καθεῖρξεν εἰς οἴκημα, δήσας σὺν ἵππῳ, καὶ τροφὴν οὐδετέρῳ εἰσέπεμπεν. πιεσθεὶς οὖν λιμῷ ὁ ἵππος, ἐφορμήσας τῇ παιδὶ ἀνήλωσέ τε αὐτὴν, καὶ F
αὐτὸς ὕστερον ἀπέθανε. μετὰ ταῦτα ἐπισκαφείσης αὐτῷ τῆς οἰκήσεως, ἀπ' ἐκείνου ὁ χῶρος ἐκαλεῖτο ἵππου καὶ κόρης. Tantum ille.

Vtq́; ferox perijt & fulmine, & æquore raptor,
Sic te merſuras adiuuet ignis aquas.
Mens quoq; ſic furijs uecors agitetur, ut illi,
Vnum qui toto corpore uulnus habet.
Vtq́; Dryantiadæ Rhodopeïa regna tenenti,
In gemino diſpar cui pede cultus erat.

DOM. Vtq́; ferox perijt. Imprecatur laniationẽ corporis, qualis Aiaci contigit naufrago. Non eadem eſt annalium fides, quare naufragio perierit Aiax. Alij enim ſcribunt hoc factũ fuiße, quoniã Caſſandrã in tẽplo Palladis uiolauerat. Hom. huius piaculi non meminit. licet ſcribat & Caſſandrã fuiſſe uirginẽ, & Græcos ad Caphareũ promontorium naufragio perijſſe. Cauſam ipſe affert, quòd Pallados numen Græcis omnibus infenſum eſſet. Nec Aiaci magis, quàm alijs, ob uiolatum ſcilicet Palladium Troianum. Illud tamen inter omnes conuenit, quod nunc Ouidius imprecatur: Nau
C plio patre Palamedis in uindictam filij interempti fraudib. Græcorum, Aiaci nauiganti nocturno tẽpore faces à Caphareo protuliſſe: ad quarum ſplendorẽ dum claſsis appellitur, illiſa ſcopulis ſubmerſa eſt. Nauplia præterea eſt Argiuorum nauale: non à Nauplio patre Palamedis, ſed quia naues illuc nauigabant. nam Nauplia illud ſignificat. Filius autem fuit, ut eſſe antiquitas credidit, Amymones nymphæ. quod fabuloſum demonſtrat Strabo.

Mens quoq;. Imprecatur furorẽ mentis, qualis contigit Marſyæ, qui tibia inuenta modulatione adeò eſt elatus, ut Phœbum in certamen prouocauerit: in quo ſuperatus pellem amiſit, pependitq́; ex platano, quam ad Domitiani uſq; tẽpora annales prodiderunt. Hunc prudentiſsimum fuiſſe ſcribit Diod. hiſtoriam ſecutus, quòd multiplices uoces humanas imitatus, eas ad tibiarũ ſonum produxerit, & quòd nunquam uxorem duxerit. Eiuſdẽ nominis fluuius eſt, qui Apameam urbem interfluit, ortus Celænis colle, & urbe eiuſdem nominis. quamuis Plin. Celænas & Apameam idem eſſe putet, quod Strabo antea cõfutauerat. Dryantiadæ. Lycurgus Polydectẽ fratrem habuit, qui Lacedæmonium tenebat imperiũ. Eo mortuo cum accuſaretur, quòd Charilaum Polydectæ filium aliquando eſſet necaturus, profectus eſt in Cre
D tam, & Aegyptũ. Vnde reuerſus, leges tulit Lacedæmonijs, reperitq́; filium imperantem. Lycurgus præterea ex Thracia in fabulis eſt, quòd dum in Bacchi contemptũ uites ſuccideret, ſecures in eius crura ſint conuerſæ. Sed hiſtoria tradit eum decipere uoluiſſe Bacchum redeuntem ex India. Nam cum liberè regni aditũ promiſiſſet, noctu iuſsit milites ſuos impetum facere in mulieres, et in exercitum Bacchi. Quod cum Deus uidiſſet ex Charope, inſtructa acie Thraces deleuit. Lycurgum priuauit oculis, ſocios affixit cruci. Sed Ouidius fabulam ſequitur. Hic Dryantis filius fuit.

ZAR. Vtq́; ferox per. Aiax Oilei filius, Caſſandrã Priami filiã in tẽplo Palladis uiolare uoluit. Quare indignata Pallas, ipſum circa Caphareum promontoriũ fulmine interfecit, nauesq́; diſsipauit. Attribuitur aũt fulminis poteſtas Ioui, Vulcano, & Mineruæ, ſi Seruio credimus. Fulmine. Fulgur & fulmen ita diſtin G
guuntur: Eſt fulmen telũ, quod iacitur: fulgur ignis, qui coruſcat fulmine, autore Nonio. Mens quo. ſic f. u. Vecors eſt turbati et mali cordis, ut ait Feſt. et Marſyã dicit. Marſyas aũt Hyagnidis muſici filius fuit, Phryx, barbarus, uultu ferino, trux, hiſpidus barba, ſpinis & pilis obſitus, qui gloriabũdus Apollinẽ ad citharam & muſicam auſus eſt prouocare, Muſis & Minerua iudicibus. Diodoro uerò Niſeis dicitur, qui uictus uelut urſus bipes corio excecto, nudis, lacerisq́; uiſceribus fuit, ut Apul. eſt autor. inde in fluuium ſui nominis uerſus, ut in Metam. & apud Diodorum in quarto legitur. Vtq́; Dryantiadæ. Lycurgi quatuor fuere: Nemeus, qui primus aquam uino miſcuit. quare autore Lactantio eſt in mari obrutus. Alius, qui leges Lacedæmonijs dedit, de quo Iuſtinus in 3. & Valer. ubi de ingratis loquitur. Alius unus ex decem oratorib. Athenienſibus, qui uno tẽpore fuere, ut Cic. tradit. et hic Dryãtis filius, Thraciæ rex, qui ut in 6. Il. ab Hom. traditur, temulẽtas Bacchi comites eſt inſecutus, easq́; pro nihilo habuit: pariter et Bacchũ, q timore perterritus, in maritimis fluctib. ſe abdidit, à Thetide in ſinu receptus. quare Iupiter perpetua cæcitate Lycurgũ affecit, nec multo pòſt interfecit. Diod. aliam in 4. refert nobis hiſtoriã. Alij uerò dicũt in contẽptum Bacchi, H
cũ uites putaret, crus propriũ amputaſſe, ut nunc Ouid. ſcribit.

Rhodopeia. Rhodope mons eſt Thraciæ. Plin. aũt Macedoniæ ſcribit. dictus à Rhodope, quæ ibi ciuitatẽ ſui nominis ædificauit.

Vtq́;

A Vtq; ferox raptor, &c.) Hic Aiax Oilei fuit, de quo etiam
MICYL. Vergil. 1. Aeneid. meminit. Huic Pallas infenſa, propter ſtupra-
tam in templo ipſius Caſſandram, in reditu, cum circa Caphae-
reum promontorium Euboiæ & ipſe & cæteri Græcorum na-
uigarent, tempeſtatem cōcitauit, qua cæterorum quidem naues,
aliæ diſperſæ, aliæ ſcopulis illiſæ fuere: ipſe autem Aiax etiam
fulmine percuſſus. Vtranq; igitur rem Poeta tangit, priore di-
ſticho nauium colliſionem atq; periculum, poſteriore autem ip-
ſius Aiacis interitum. Vnum qui toto corpore uul. ha.) Non
de Marſya intelligendus hic locus, neq; enim ille furijs agitatus
uſquā legitur: ſed de Aiace Telamonio, qui toto corpore inuulne
rabilis fuit, præterquā ea parte, ubi pelle Hercu. leonina, infans
contectus non fuerat. Ita enim in Cōment. Homeri legitur Iliad.
penult. ἱστορεῖ, ὅτι ἐτύγχανεν ἡρακλῆς τῇ νήσῳ σαλαμῖνι κατά τινα
χρείαν προσπλεύσας, τελαμῶνι δὲ ἄρτι γεννᾶσθαι τὸν παῖδα αἴαντα,
ἐπιστὰς οὖν ὁ ἡρακλῆς, καὶ ἀναλαβὼν τὸν παῖδα, περιέβαλε τῇ λεον-
τῇ, ἐφ᾽ ᾧ εὔξατο αὐτὸν γενέσθαι ἄτρωτον. ὁ δὲ ηὐξήθη, καὶ τὸ πᾶν τοῦ
σώματος ἐγένετο ἄτρωτον, πλὴν τοῦ αὐχένος (ſiue, ut alij, τοῦ πλευ-
ρᾶς) τοῦτο γὰρ ἐλάνθανε τότε κατὰ τύχην τὸ μέρος μὴ περιβεβλῆσθαι τῇ
λεοντῇ, &c. Eadem ferè & Pindarus Ode Iſthmiorum ſexta. De E
inſania autem & furore Aiacis, ex quo idem ſe poſtremò interfe
cit, extat tragœdia Sophoclis, quæ inſcribitur αἴας μαστιγοφό-
ρος. Vtq; Dryantiadæ Rhodopeia regna tenenti.) Lycur
gum Dryantis filium intellige, de quo apud Hyginum ita tradi-
tur. Lycurgus Dryantis filius, Liberum de regno fugauit: quem
cum negaret deum eſſe, uinumq; bibiſſet, et ebrius matrem ſuam
uiolare uoluiſſet, tunc uites excidere eſt conatus, quod diceret il-
lud malum medicamētum eſſe, quod mentes immutaret. Qui in-
ſania à Libero obiecta, uxorem ſuam & filium interfecit. ip-
ſumq; Lycurgum Liber pantheris obiecit in Rhodope, qui mōs
eſt Thraciæ, cuius imperium habuit. Hic traditur unum pedem
ſibi pro uitibus excidiſſe. Hæc ille. Atq; hunc μονοκρήπιδα Græ-
ci quoq; uocarunt. quod Ouidius ſignificare uolens, In gemino
diſpar cui pede cultus erat, dixit. Porrò de furoribus Lycurgi e-
tiam Flaccus meminit primi Argonaut. his uerſibus, Biſtonas ad
meritos cum cornua ſæua Thyoneus Torſit, et infœlix iam mil-
le furoribus Hæmus, Iam Rhodopes nemora alta fremūt, talem
incita longis Porticibus coniunxq; fugit, natiq; Lycurgum.

Vt fuit Oetæo quondam, generoq; draconum:
Tiſameniq; patri, Callirrhoesq; uiro.
Nec tibi contingat matrona pudicior illa,
Qua potuit Tydeus erubuiſſe nuru.
Quæq; ſui Venerem iunxit cum fratre mariti
Locris, in ancillæ diſſimulata necem.

DOM. Vt fuit. Hercules Oe-
B tæus dictus eſt ab Oeta
monte, qui ab oriente à
Thermopylis in ſinum
uſq; Ambracium exten-
ditur, elleboro fertiliſſi-
mus. In eo enim monte
arſit Hercules uel ob tu-
nicam uenenatam, miſ-
ſam à Deianira, ut fabulæ ferunt. Vel, ut Euſebius tradit, ob in-
curabilem morbum, in quem inciderat. Generoq; draconum.
Athamas in furorem uerſus, eſt notiſſima fabula, ira Iunonis. ge
ner fuit Cadmi, & Harmoniæ: qui in Illyricum profecti, in dra
cones uerſi ſunt: unde gener draconum dictus eſt. Tiſameniq;
patri. Tiſamenis tradita eſt hoc loco hiſtoria quæ mihi non pro
*Tiſamenus batur. Placet magis intelligas de filio Oreſtis, quæ† Tiſamenes
appellabatur, tenuitq; Mycenarum imperium, ut Stra. & Eu-
ſe. teſtantur. Reſtituit Heraclidas, qui ad Ogygen uſq; imperiū
tenuerunt. Imprecatur igitur Oreſtis furorem patris Tiſame-
næ. nam Oreſtes matre Clytæmneſtra interfecta, correptus eſt
furore. Calligones. Calligone uxor Aiacis Telamonij, quæ
C armorum iudicio ſuperatus, in furorem uerſus, ſibi mortem con
ſciuit. Legitur alibi, Callirrhoes. Nec tibi. Diomedes Vene-
rem uulnerauit, ut eſt apud Homerum, uolentem Aeneæ corpus
protegere: irata Venus, iniecit ſtimulos libidinis eius uxori Ae-
gialæ. quæ cum domi manſiſſet, ante uiri reditum nupſit Cilla-
boro Stheleni filio, Nauplio hortante: cuius dedecoris pudore
non auſus, Diomedes domum nauigare, in Appuliam uenit. inde
migrauit in Diomedeas inſulas, ubi eius tumulo equus albus ab
incolis mactatur. Locris. Hypermneſtra Locrenſis, cum fra
tris uiri concubitum appeteret, clam nocturno tempore id aſſe-
cuta, manè pudore affecta, ut ſcelus ſuum diſſimularet, ancillam
necauit, quaſi eam concubitu deprehendiſſet.
ZAR. Vt fuit Oetæo. Hercules, ut ſuperius oſtendimus, ex Alcme-
na, & Ioue natus, Neſſum centaurum cum occidiſſet, ab eo De-
ianira Herculis uxor tunicam hydræ ueneno intinctam acce-
pit: quæ perſuaſerat mulieri, poſſe uirum facile alieno amore, ſi
quando detineretur, ad ſe reducere. Cum itaq; Hercules Licham
domeſticū ſuum in mōte Ceneo ſacrificaturus, ad Deianiram mi-
ſiſſet, ut ueſtem, quam in ſacris uti conſueuerat ferret (percepe
D rat autem Deianira Ioles amore Herculem teneri) cupiensq; ip
ſum ad ſe allicere, tunicam, quam à Neſſo habuerat, miſit: qua
indutus Hercules, immenſis doloribus afficiebatur: quamobrē
Apollinem conſuluit: qui ut pyram in Oeta monte non procul
à Parnaſſo, teſte Pro-
clo, cōſtrueret, ipſum iuſ F
ſit, de reliquis uerò dijs
curam relinqueret: quo
facto, in pyram ſe proi
puit: atque ita uita fun-
ctus anno 52. ætatis ſuæ,
ut tradit Dionyſius. quā
uis alij 30. tamen dicāt,
autore Euſebio, qui ob morbum peſtilentem ait in flammas ſe
conieciſſe: ſiue intelligit Poeta ipſius inſania, qua, cum ab infe-
ris rediſſet, torquebatur. uxorem etenim uoluit occidere, aliosq;
quāplures amicos, ut à Seneca oſtenditur. fuit Hercules melan-
cholicus, teſte Ariſtotel. quare facilè potuit inſanire. [Vtitur
autem eodem nomine, Oetæi ſcilicet abſolutè, pro Hercule, idem
poeta ſexto Faſtorum, ubi ait: Appulerat ripæ uaccas Oetæus
Iberas, &c. Furore autem correptus fuit Hercules, & quando
ab inferis redijt, rapto Cerbero. de qua re Seneca in Hercule fu
rente: & iterum, quando ueſte è Deianira miſſa, ueneno Neſ-
ſi inflammari, & exagitari cœpit. quo tempore & Licham mi
niſtrum, in mare Euboicum abiecit.] Generoq; draconū. No-
tum eſt Athamantem Iunonis odio in furorem uerſum, filiū Cle
archum puerum interfeciſſe, & Ino uxorem, Melicertamq; fili G
um perſecutum: quos marinos deos Neptunus fecit, quem admo
dum oſtendimus ſuperius. fuit hic Athamas Aeoli filius Theba
rum rex, cui Ino Cadmi & Harmoniæ filia nupſit, qui uerſi in
dracones fuere, ut in Metam. legitur. Tiſameniq; patri. Ti-
ſamenus Achaiæ tyrannus Ariſtophanem patrem habuit, qui
cum filia concubuit, ut uetus ſcribit interpres: quare eſt à dijs in
furorem uerſus. Legimus etiam apud Euſe. & Stra. Tiſamenū
Oreſtis filium Mycenis imperiū habuiſſe, cuius pater propter
Clytēneſtræ matris cædem inſaniuit. Calirrhoesq; uiro. Pæ-
antidem, ſiue Pentheum, uetus interpres ſcribit uxorem interfe-
ciſſe, ut inde commode concubinam habere poſſet: ſed ab uxoris
affinibus potionatus, in furorem eſt uerſus. nonnulli dicūt Cal-
ligonem Aiacis Telamonij uxorem: cuius, ut uulgatum eſt,
coniunx, in inſania, uſq; ad mortem permanſit. ſed nuſquam legi
mus Aiacem habuiſſe uxorem: amicā autē Termeſſem, cuius fili
us fuit Euryſaces: cuius, ut multi, ita Sophocles meminit. Nec
tibi cōtingat. Adraſtus rex tres filias habuit: Deiphilā, quā Ty
deo deſpōdit. unde natus eſt Diomedes Argiā Polynicis uxorē, et H
Aegialā, quæ ipſi nupſit Diomedi: qui ad Troiā cū cæteris Græ
cis nauigauit, ut in Iliad. Hom. ſcribit unà cū Stheleno auriga: q
Diomedi perſuaſit, ut ad cuſtodiā domus calamiſtratū quendā
perficerent.

A *præficerent. hic autem rem cum Aegiala habuit. Cumq́; domū*
Diomedes reuerteretur, ex domo ab adultero eſt propulſatus:
quem, ni in Palladis templum fugiſſet, occidiſſet. à pudore autē
impudicæ uxoris in Italiam uenit. Ibi à Dauno, qui tunc Appu-
liam occupabat, benignè ſuſceptus, cuius ſocijs in herodias aues
ſunt mutati. autor Por. & Ditis. Matrona. *Matronas, ait*
Feſtus, appellabant eas ferè, quibus ſtolas habendi ius erat. No-
nius uerò, quæ ſemel peperit, matronam innuit appellari, uel ut
alij locupletiorem. Quæq́; ſui Venerem. *Hypermneſtra una*
ex quiquaginta filiabus Danai cum fratre mariti concubuit, no-
ctuq́; deprehenſa, beneficio tenebrarum euaſit: & ne palàm in-
ceſtus fieret, Locri ancillam occidit, ac famulum, quaſi in con-
cubitu eos inueniſſet. [*Hæc Zaroti expoſitio non procedit,*
quando Lyncei (is enim Hypermneſtræ, de qua hic Zarotus di-
cit, coniunx fuit) fratres omnes ab uxoribus ſuis, Danai filia-
bus, ut fabulæ habent, occiſi fuerunt. Rectius ergo de Hypermne
ſtra Locrenſi, de qua Domitius meminit, hūc locum accipiemus.
Cæterùm fuit & proprio nomine Locris dicta uxor Dionyſij
maiorum, Siculorum tyranni, ut Gemiſthius autor eſt lib. 1.]

B
MICYL. Tiſameniq́; patri, &c.) *De Oreſte intelligendus hic lo-*
cus, qui, quòd matrem occidiſſet, in furorem uerſus fuit. nota eſt
fabula. Fuit autem hic pater Tiſameni, ut ex Corinthiacis Pau-
ſaniæ patet, ubi legitur, ὀρέστου δὲ ἀποθανόντος, ἔσχε τισαμενὸς τὴν ἀρχὴν, ἑρμιόνης τῆς μενελάου καὶ ὀρέστου παῖς. Callirrhoesq́;
uiro.) *Sic doctiores pleriq́; legunt, non ut quidam, Calligones.* E
Intelligit autem Alcmæonem, Amphiarai filium, qui ſimili de
cauſa, ut Oreſtes, in furorem uerſus fuit, quod matrem Eriphy-
lem occidiſſet. de quo Pauſan. in Arcadicis hoc modo: ὁ δὲ ἀλκμαίων ἡνίκα τὴν μητέρα ἀποκτείνας ἔφυγεν ἐξ ἄργους, τότε ἐς τὴν ψωφῖδα ἐλθὼν, φηγίαν ἔτι ἀπὸ τοῦ φηγέως ὀνομαζομένην, συνῴκησεν ἀλφεσιβοίᾳ τῇ φηγέως θυγατρὶ, καὶ αὐτῇ δῶρα ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ ἄλλα, καὶ τὸν ὅρμον δίδωσιν. ὡς δὲ οἰκοῦντι αὐτῷ παρὰ τοῖς ἀρκάσιν, οὐδὲν ἐγίνετο ἡ νόσος ῥᾷον, κατέφυγεν ἐπὶ τὸ μαντεῖον τὸ ἐν δελφοῖς. καὶ αὐτὸν ἡ πυθία διδάσκει τὸν ἐριφύλης ἀλάστορα, ἐς ταύτην οἱ χώραν οὐ συνακολουθήσειν, ἥτις ἐστὶ νεωτάτη. καὶ ὁ μὲν ἐξευρὼν τοῦ ἀχελῴου τὴν πρόσχωσιν, ἐνταῦθα ᾤκησε, καὶ γυναῖκα ἔσχε καλλιῤῥόην τοῦ ἀχελῴου θυγατέρα, λόγῳ τῷ ἀκαρνάνων. καὶ οἱ παῖδες, ἀκαρνάν τε καὶ ἀμφότερος ἐγένοντο, &c. Qua potuit Tydeus erubuiſſe nuru.) *Com*
ment. Homeri Iliad 5. ex Lycophrone tradit, Diomedem, cum
ad bellum Troianum proficiſceretur, Cometæ Stheneli filio (ſic
enim ipſe illum nominat) commiſiſſe domum & uxorem. Sed
Venerem, quia à Diomede uulnerata fuiſſet, talē Aegialæ (hoc
enim uxoris nomen erat) furorem immiſiſſe, ut ſe paſsim omni-
bus iuuenibus proſtitueret. Præcipuè autem Cometen illius tur- F
pi amore implicatum fuiſſe. Quare Diomedem ex Ilio reuer-
ſum, cum adulterum perſequeretur, occidere cupiens, atq́;
ille ad aram Iunonis confugiſſet, pudore po-
ſtea in Italiam abijſſe.

Tam quoq; dij faciant poſſis gaudere fideli
  Coniuge, quàm Talai, Tyndareiq; gener:
Quæq; parare ſuis lethum patruelibus auſæ
  Belides, aſſidua colla premuntur aqua,
Biblidos, & Canaces, ſicut facis ardeat igne,
  Nec, niſi per crimen, ſit tibi fida ſoror.
Filia ſi fuerit, ſit quod Pelopeia Thyeſti,
  Myrrha ſuo patri, Nyctimeneq; ſuo.
Filia ne'ue magis capiti ſit fida parentis,
  Quàm tua uel Pterela, uel tua Niſe fuit.

DOM. Coniuge quàm Tala. *Eriphyle Amphiarai u-*
xor, Talai filia: ut alij
ſcripſerunt, Teleſtoris:
latentem maritum, ne ad
bellum Thebanum iret,
in quo per auguria pro-
ſpexerat ſe periturum,
prodidit corrupta moni
li, quod olim Venus poſ-
ſederat: deprehenſus ma
ritus, & in bellum pro-
ficiſcens Alcmæoni filio
mandauit, ut cum mor-
tuus eſſet, mactaret tumulo ſuo Eriphylem matrem. quod factū
C *eſt. Homerus in carmine magico, inuiſam Eriphylem appellat,*
Maro mæſtā. Diodorus hiſtoriam aliter narrat. Tyndareiq́;
gener. *Tyndareus, & Icarus fratres fuerunt, qui ex Laconia ex*
pulſi, uenientes in Acarnaniam, uxores duxerunt. Tyndareus
Ledam Theſtij filiam, quam ſecum duxit domum Lacedæmo-
nem: Icarus Polycaſtam, filiam Ligei. unde nata eſt Penelope.
Agamemnō gener Tyndari (nam Clytæmneſtra Tyndari filia
fuit, ut ſcribit Pauſa.) interfectus eſt ab uxore dolis Aegiſthi, ut
Homerus in Odyſſea longo carmine cecinit. Tynd. gener.
Non placet prior ſententia. mihi magis probatur, intelligas de
Deiphobo, cui Helena nupſit filia Tyndari Paride mortuo, &
proditione maritum perdidit, ut ipſe apud Vergil. conqueritur.
Belides. *De filiabus Danai ſatis ſuprà eſt dictum.* Biblis, *Mi*
leti filia, & Cyanes, Caunum fratrem impudicè amauit. cuius
concubitum cum aſſequi non poſſet, lacrymis liquata eſt in fon-
tem. Canace *Macareum fratrem eadem turpitudine dilexit.*
extāt fabulæ. fuit præterea Macareus Delphicus, qui uel ſolus,
ut placet Straboni, uel adiuuante Oreſte interfecit Pyrrhum fi-
lium Achillis. Pelopeia, *cum patre Thyeſte inſcio concubuit.*
Myrrha, *cum Cynara patre rege Cyprorum: quem diutiſsi*
D *mè uixiſſe ſcribit Plinius.* Nyctimene, *cum patris concubitū*
eſſet aſſecuta, pudore in auem conuerſa ſui nominis, luce non uo-
lat, ſolaq́; amat tenebras. Fabula eſt apud Ouidiū in quarto Me
tamorph. Quam parte. *Thebarum rex à Creonte necatus eſt,*
proditione Polydices fi-
liæ. Pl. necatum quidem
ſcripſit, ſed filiæ prodi-
tionem prætermiſit.
Tua Niſe fuit. *Pandion*
Athenarum rex quatuor
habuit filios, Niſum, Ae
geum, Lycum, Pallan-
tem. Regno diſtributo,
Niſus Megarenſes obti-
nuit: cuius fines latos fu
iſſe ſcribit Andron. &
Sophoc. carmen docet.
Is obſeſſus à Minoe, pro
ditione Scyllæ filiæ, quæ Minois amore capta eſt, crinem fata-
lem amiſit, ſicq́; interemptus eſt. G

ZAR. Coniuge quàm Talai. *Quemadmodum ex Statij Thebaide*
didicimus, pariter & Diod. Siculi hiſtorijs, ſeptem reges ad The
barū excidium iuere, ex quibus Amphiaraus Apollinis & Hy-
permneſtræ (eius ſcilicet quæ fuit Theſtij) filius fuit. hic uaticinā
di ſcientiam optimè percalluit: qui cum cognouiſſet in ea expu
gnatione fore, ut uita fungeretur, ſe occultauit. & Eriphyle u-
xor, Talai filia, ipſum manifeſtauit, corrupta monili Argiæ Po
lynicis uxoris, quod olim à Telchinibus fratribus in Sicilia fue-
rat fabricatum. autor Lactantius. Nō ergo irritus fatorum fuit
ordo. namq́; hiatu terræ Amphiaraus dicitur abſumptus, qui fi-
lio Alcmæoni imperauit, ut in uindictam, matrem interficeret.
quam rem cum Alcmæon peregiſſet, inſanus factus eſt, ut Sopho
cles in Tragœdia ſcribit. Tradit autem Diodorus Veneris, non
Argiæ monile fuiſſe, & Harmoniæ tradidiſſe: obortaq́; inter
Adraſtum & Amphiaratum diſſenſione, Eriphylem iudicem
electam, quia & alterius ſororem, Amphiarai uerò uxorem ex-
titiſſe, proq́; fratre ſententiam dediſſe, ut ad bellum coniunx ſe
conferret. quare ratum Amphiaraum ſe ab uxore proditū, Alc-
mæoni, ut Eriphylem matrem occideret, iuſsiſſe. Tyndareiq́;
gener. *Oebalus Amyclæ filius, dominatum in Lacedæmonia te-* H
nuit: habuitq́; filios Icarum, ex quo nata eſt Penelope: Tynda-
reum, qui Ledam genuit, Arnem, & Hippothoontem illegitimè
natum. ex Leda autem Iouis compreſſu Clytæmneſtra orta eſt,
quæ

A quæ Agamemnoni nupſit, qui Troiano bello Græcis omnibus præfuit. Cumq; domum reuerteretur ad uxorē, ab Aegiſtho occiditur. perſuaſerat enim Clytæmneſtræ Nauplius ipſum Agamemnona Caſſandram Priami filiam pellicem ſecum ducere, ut Porphyr. & Ditis teſtantur. [Et hæc expoſitio melior, quàm quæ poſteriore loco à Galderino affertur.] Quæq; p. ſ. Danai filias dicit, quarum ſuperius meminimus. Aßidua, continua. Aßiduum ab aßidendo, perpetuum & continuū ſignificat. Cum uerò ab aſſe & do componitur, autore Cic. in Topicis, diuitem intelligimus. Biblidos. Biblis Mileti ex Cyane filia fuit, quæ amore Cauni fratris capta, ſuum ipſi amorem manifeſtauit, à quo ſpreta aliquandiu peragrauit, lacrymis nunquā parcens, tandem eſt in fontem uerſa, ut in Met. Ouid. Et c. In 10. Odyſſ. ſcribit Homer. Aeolum 11. habuiſſe filios: ſex mares, totidemq; fœminas, quas fratribus in matrimonium dedit: ex quib. Canace Macar. uirum habuit. Attamen Ouid. ab Hom. diſſentire in Heroid. uidetur, cū Canacē puerū peperiſſe ſcribit, eumq; Aeolum ſtatim occidi imperaſſe, & filiam in carcere tenuiſſe.

Pelopeia Thyeſti. Thyeſtes Pelopis ex Hippodamia filius, ut Seneca tradit, inſcius cum filia rem habuit, ex qua natus eſt Ae-
B giſthus, à capris nutritus: unde & nomen habuit. [Alij ex oraculo, cum filia concubuiße Thyeſtem tradunt, quòd reſponſum accepiſſet, ex filia natum iri, qui filiorum ſuorum (quos patri epulandos appoſuerat Atreus ſ.) mortem ulciſceretur. Hygin. addit: ſibijpſi propter ſcelus patris mortem conſciuiſſe Pelopeam. Hanc & Steropida quidam uocarunt, ut eſt in Comment. in Oreſtem Eurip.] Myrrha ſuo patri. Fuit Cynaræ Cypriorū regis filia Myrrha, quæ, ut in 10. Metamor. ab Ouidio oſtenditur, inſcio cum patre concubuit, à quo cognita parū abfuit, quin occideretur. nam ſtricto gladio eā petijt, quæ in pedes ſe dedit, in Arabiam uſq;: ubi in Myrrham arborem dicitur mutata, & Adonem formoſißimum edidiſſe, qui adeò à Venere creditur amatus. Nyctemeneq; ſuo. Nycteus Neptuni filius, Athiopum rex, Antiopam et Nyctemenem filias habuit. Aſſecuta eſt patris concubitum Nyctemene, quam cognito facinore, pater uoluit occidere: ſed in auem nocturnā eſt mutata, ut Lactantius, & Ouid. in Met. ſcribit. Quàm t. u. P. Meſtoris & Lyſidices filiæ Pelopis Hippothoe filia, à Neptuno cōpreſſa. Taphū & Telebōa filios peperit, qui de ſe nominarūt Teleboas & Taphios populos.
C Taphus Pterelam filiū habuit, aureū capillum ac fatalē in uertice habentem. Ei Cymetho filia fuit, & filij mares Chronius tyrannus, Ampulus, Cherſidamas, Meſtor, & Eueres. Electryonis autem, qui cum uxore Alexo dominabatur, Mycenis filia fuit

Alcmene: Filij mares Stratobates, Gorgophonus, Philomorus, E
Stheneleus, & Lycimius nothus à Media, quæ fuit Phrygia. Cupiens itaq; Pterela Mycenis dominari, filios omnes miſit cū exercitu, ut Mycenas eriperent Electryoni, quibus obuiā filios ſuos pariter miſit Electryo. Commiſſum eſt prælium, & cæſi ſunt Pterelæ filiæ, præter Euerem, omnes: Electryonis quoq; omnes, præter Lycimium. Taphij tamen abſtulerunt boues, eaſq; expoſuerunt apud Polyxenum Elienſium regem. Electryo interim daturum ſe Alcmenam filiam, & regnum pronunciauit, qui horum ulciſceretur iniurias. Amphitryo Alcæi filius negocium capeßit, & à Polyxeno boues aufert. In itinere fortè à grege bouū una aberrauit, illam fuiſſe inſectatus petiuit, ſed pro boue Electryonem percußit, ipſumq; occidit. Stheneleus tunc rerum Electryonis adminiſtrator, Amphitryonem fugiētem inſectatus eſt, Thebas ſe recepit Amphitryo, ad Creontem regem, ubi purgatus eſt. Deinde it cum exercitu in Taphios, ut ulciſcatur, quam intulerant iniuriam. Rex Pterela aciem contrà inſtruit. Cymetho eius filia, utpote Amphitryonis amore capta, comam de patris uertice abſcidit, qua inuictus à Neptuno factus erat, inde fa- F
cile ab Amphitryone ſuperatur, occiditurq;. Victoria potitus Cymetho, filiam Pterelæ negligit Amphitryo, Alcmena potitur uxore. Ariſtarchus in Heſiodum huius eſt rei autor. Vel t. n. ſ. Scyllæ duæ fuerunt: una Phorci, & Creteidos Nymphæ filia, quam Glaucus deus marinus amauit, & Circes ueneficijs in ferā mutata, ut in 14. Ouid. ſcibit, Seruius, Lactantiusq;. Altera uerò Niſi Megarenſium regis filia, quæ, cum Minos contra Megarenſes bellū ageret, propter Androgei filij mortem, capta ipſius dicit amore, cui comam purpuream parentis abſcißam obtulit, quam Niſus habebat conſecratam: tantumq; regno potiri datum ipſi erat, quantum illam comam habuißet intactam. Dehinc Scylla eſt à Minoe contempta, quæ in cyrim auem eſt uerſa. Niſus uerò in alyetum, ut Seruius, & Ouid. in 8. Met. tradunt.

Nyctimeneq; ſuo.) De Nyctimene Hyginus hoc modo: Nyctimene Epopei, regis Lesbiorum filia, uirgo formoſißima dicitur fuiſſe. Hanc pater Epopeus amore incēſus compreßit: quæ pudore tacta, ſyluis occultabatur. quā Minerua miſerata, in noctuam transformauit, quæ pudoris cauſa in lucem non prodit, ſed noctu apparet. Quā tua uel Pterela.) Pterelas filius Neptuni & Hippothoes, ut Comment. 1. Argonaut. Apoll. tradit, filiam Cymetho habuit. Hæc, cum Pterelas ab Amphitryone & Cephalo bello obſideretur, amore Cephali capta, patrem ac patriam hoſti prodidit. autor interpres Lycophronis. MICYL. G

DOM. Infamem. Tullia Tarquinij filia carpentū per ora patris interfecti agi iußit, quo ſcelere loco nomen dedit. Nam uicus ille dictus eſt Sceleratus. * Oraq; quod & Ouidij carmen

> Infamemq; locum ſceleris quæ nomine fecit:
> Preſsit & inductis membra paterna rotis.
> Vt iuuenes pereas, quorum faſtigia uultus
> * Olim Piſeæ ſuſtinuere fores:

id certamen conſcendere auſus eſt Marmas, ut ſcribit Pauſanias.

Infamemq; locum ſceleris. Campus Romæ nomine fuit Sceleratus proximè portam Collinā, ZAR.

in Faſtis docuit: Dictus Sceleratus ab illa. Vicus erat autem prope Cypriū uicum ut placet Varr. Vt iuuen. Oenomaus Martis & † Aeginæ filius, cum ex oraculo audiuiſſet, ſe tunc periturum, cum filia nuberet: eam petentibus uxorem, certamen propoſuit, ut ſecum curſu contenderent. nam celeritate Harpynæ, et Pſyllæ equorum, quos Lycophron celebrat, & arte Myrtili aurigæ fretus, ſe inſuperabilem curſu æſtimabat. Stadium erat, ut ſcribit Diod. à Piſa ad aram Neptuni iuxta Iſthmum Corinthiacum, qui cum Oenomao certabat, quatuor equorum curru ferebatur, ipſe arietem Ioui immolabat. peractis ſacris aßequebatur præeuntem, necabatq; haſta: uictū trucidabat, capite haſtæ, corpore foribus affixo. Pelops corrupto Oenomai auriga, uictor eo certamine euaſit, duxitq; uxorem Hippodamiam. Primus in
† Harpinæ
D

in quo uirgines Veſtales quæ incæſtum fecerant, ſunt defoſſæ. Eſt etiam porta Scelerata, quæ & Carmentalis dicta eſt, quòd per eam ſex & trecenti Fabij cum clientibus mil. quinq; egreßi, aduerſus Hetruſcos ad amnem Cremeram ſunt interfecti. Vicus quoq; ſceleratus erat prope Cyprium uicum. Dictus autem Sceleratus, quòd tum Tarquinius Superbus interficiendum curaſſet Seruium Tullum regem, ſocerum ſuum, per corpus eius iacens filia Tullia carpento ſubuecta ſit, properante in poſſeßionem domus paternæ, & hoc nunc tangit poeta. Habes autores, M. Varronem, Feſtum, Pompeium, & Liuium in 1. ab Vrbe condita. Vt iuuenes pereas. Oenomaus Piſeæ & Elidis ciuitatum rex Martis & * Aeginæ Aſopi filius: ut alij, Eurythoes Danai, Hippodamiā unicam filiam habuit. cui finem uitæ ſciſci- H
* Harpinæ

Eee tante,

A tante, ab oraculo reſponſum eſt, tum obiturũ, cum filiam deſpondiſſet. igitur in perpetua uirginitate filiam tenere decreuerat. Veruntamen multis puellã poſcentibus, huiuſmodi obtulit conditionẽ, ut curule fieret certamẽ, uictoriq; Hippodamia daretur, uicto uerò mors. Curſus autem talis erat: Oenomaus Ioui arietem ſacrificabat. qui uirginem uolebat, quatuor equorum ferebatur curru. Oenomaus ſacris peractis, curſu ſequebatur præcedẽtem auriga Myrtilo. aſſecutum haſta, quam geſtabat manu, interficiebat. hoc itaq; modo iuuenes tredecim periere, ut Pindarus ſcribit, ex quibus Marti aram erigere uoluit, quorumq; capita foribus affigebat. Venit Piſam Tantali filius Pelops, cuius amore E exarſit ſubitò Hippodamia, qui aurigam primi coitus pactione corrupit. Alij tamen alia tradunt mercede corruptum. Factis autem cereis axibus, ab auriga primus Pelops ad aram Neptuni uenit, & proinde uictoria potitus. erat curſus à Piſa ad Neptuni aram, quæ eſt apud Iſthmum Corinthi: qua ex re Oenomaus uitæ ſuæ tempus ratus adueniſſe, ſibi mortem conſciuit. Pelops uerò ſumpta uxore Hippodamia, Piſæ regnum tenuit, ut Pindarus, Diodorus, Ouidius, Seneca, & Seruius tradunt.

Vt qui perfuſam miſerorum cæde procorum,
   Ipſe ſuo melius ſanguine tinxit humum,
Proditor ut ſæui perijt auriga tyranni:
   Qui noua Myrtoæ nomina fecit aquæ.
Vt qui uelocem fruſtra petiere puellam:
   Dum facta eſt pomis tardior illa tribus.
Vt qui tecta noui formam cælantia monſtri
   Intrarunt cæcæ non redeunda domus.
Vt quorum Aeacides miſit uiolẽtus in altos
   Corpora cum ſenis altera ſena rogos.
Vt quos obſcuris uictos ambagibus oris,
   Legimus infandæ Sphinga dediſſe neci.

DOM. Vt qui uelocem. Atalanta inſula eſt in Euboia eiuſdem nominis contra Atticam. eadem appellatiõe puella, quæ cum oraculi conſilio nuptias repudiaret, freta pedũ uelocitate, procos B ad certaminis curſum prouocabat. uicti necabantur, uictori promiſſæ erant nuptiæ. Hippomenes tribus pomis aureis acceptis à Venere, & iactis, inter currendũ eam ſuperauit, his colligendis retardatam. Vt qui te. Androgeo Minois filio Athenis interfecto, numinis ira ſterilitas agrum Atticum inuaſit, quam liberari poſſe Athenienſes didicerũt ex oraculo, ſi Minoem placarent. quod ut fieret iactis ſortibus, ſeptem iuuenes Athenienſes ſingulis annis Minotauro mittebant, quem Labyrinthi ambagibus clauſum habebat Minos. Plut. ex teſtimonijs antiquorum ſcriptorum ſingulis nouenis annis ſeptenos iuuenes fuiſſe decretos Minotauro ex nobilioribus: & cum tertium exigeret tributum, Theſeum ipſum, qui Minotaurum ſuperauit. Notiſſima fabula. Priorem hiſtoriæ partem ſecutus eſt Virgil. Labyrinthus domus erat uijs temerè occurrentibus inextricabilis: hoc ædificij genus Aegyptij primi habuerunt * Pethecuſo rege autore, ut alij ſcribunt, Tithoe in ſepulchrum, ut alij ſcripſerunt, ut alij in C regiam, ut plures in ſolis honorem excogitatum. Dædalus uix centeſimã partem illius imitatus, alterum in Creta condidit, tertium habuit Lemnos, quartum Italia. Vt q. Achil. in rogum Patrocli ardentẽ, duodecim Troianos fortiſſimos iugulatos coniecit, ut Homerus ſcribit, quatuor equos: præterea & duos canes, uncto prius cadauere pingui ouium, & boum, qui mactati ſunt. Vt quos. Sphinx monſtroſa bellua eſt, pilo fuſco, geminis mammis in pectore, quam ſola Aethiopia mittit, ut ex hiſtoria Plin. recitat. Vulgata autem etiam fabula, Sphingẽ monſtrum iuxta Thebas hoc ænigma hoſpitibus propoſuiſſe, quis eſſet, qui primùm quatuor pedibus incederet, mox duobus, demum tribus, ſoluenti promittebat nuptias Iocaſtæ, & Thebarũ regnum: neſcienti ſoluere, ex alto præcipitium denunciabat. Solus Oedipus ſoluens, dixit eſſe hominem: qua interpretatione Sphinx ex eodem ſe deiecit, unde multos præcipitauerat. Pauſanias uerò tradit hanc fuiſſe filiam notham Laij, claſſeq; pugnaſſe aduerſus Oedipum.

* Petesuco

ZAR. Vt qui perfuſam. Oenomanum dicit: qui, ut modò docuimus, tredecim procis interemptis, ſepſum à Pelope uictum interfecit. Procorum p. Procare, inquit Feſtus, poſcere eſt: unde & proci, & meretrices procaces. Proditor ut ſæui. Myrtilus D Mercurij filius, & unius Danaidũ, Phaetuſæ: alij Clymenes, alij Myrtus ex Amazonibus, ut Pherecydes, cum ab Hippodamia promiſſum præmium poſceret, à Pelope eſt in mare præcipitatus, cui & nomen dedit. nam Myrtoum dicitur pelagus, eſtq; inter Ioniũ & Aegeum. Plinius autem Myrtoum mare ſcribit appellari ab inſula parua, quæ cernitur Macedoniam à Gereſto petentibus. [Pauſanias à Myrto, muliere una ex Amazonibus, ut quidã. F Vide Arcadica.] Vt qui uelocem. Atalantam alteram compreſſit Menalion, alij legunt * Mimalion, alteram Hippodamiam, ut inquit Heracleon. fuit et quam Meleager habuit, ut Apollonij docet interpres. Duas Atalantas fuiſſe certiſſimum eſt, ait Lactantius: unam Arcadã, cuius Parthenopæus eſt filius: alterã de Scyro nobilẽ, quam Hippomenes currendo ſuperauit, proijciẽdo tria aurea poma cõſilio Veneris. de qua nunc fit à poeta mentio. Habuerat ab oraculo Atalanta Schœnei filia, quæ in Scyro permanebat, ac uenatib. uacabat, ut connubiũ euitaret: ſed quia à multis poſcebatur (erat enim forma admodum conſpicua) conditionem procis dedit, ut pedibus currerent, uictiq; interitus daretur, uictoribusq; puella. quæ, quia pedum uelocitate inſignis erat, multos interemit. Hippomenes autem Megarei filius, Neptuniq; nepos, cum antea, ut ſtultos curſores damnaſſet, uiſa puella, adeò exarſit, ut quãprimùm cuperet antea improbatũ, ſed nõ ideo fruſtratus eſt. nam auxilio à Venere implorato, facilè uicit, quæ ei tria aurea mala ex Damaſceno agro, in Cy- G pro nulli uiſa tradidit, licet ex horto Heſperidum fuiſſe quidam Græci ſcribant. quibus inter currendum proiectis, puella eſt retardata, ac uicta. Cumq; in templo Cybeles à Venere concitatus, cui non gratias egerat, concubuiſſet, ira deæ in leonem pariter & Atalanta uerſus eſt. Vt qui tecta noui. Androgeus Minois ex Paſiphae filius, cum in certaminibus Athenis omnes ſuperaret, in Pallantisq; filiorum amicitiam ueniſſet, ab Aegeo timore, ne quandoque à filijs Pallantis auxilio Minois à regno pelleretur per inſidias, Thebas ad ſpectacula proficiſcens, circa Inoen terræ Atticæ occiditur. Minos autem filij cæde bellum Athenienſibus indixit, famem pariter, & ſiccitatem eis imprecatus, unde ſiccitas maxima Græciam omnem oppreſſit. Quare belli duces oraculum conſuluere. à quo iuſſi ſunt ad Aeacum ire, ut pro eis uota faceret. Cumq; omnes Græciæ urbes præter unas Athenas, à ſiccitate uacarẽt, rurſus decreuerũt Athenienſes deum conſulere. qui admonuit, ut quas uellet Minos pro filio pœnas, darent. Præcepit Minos ſeptem pueros, totidemq; uirgines ſingulis annis, quoad uiueret, deuorandos Minotauro dari. Alij autem dicunt nono quoque anno pueros traditos. Rurſus Mi- H nos annis ſeptẽ tranſactis, Athenas eſt caſtrametatus, bis ſeptẽq; pueros petijt. cui traditi etiam ſunt. Theſeus uoluit & ipſe tanto ſe periculo exponere: quia inter ciues rumor erat, ipſum ma-

lorum

* Melanyon

Fab. Atalantæ tradit Ouid. 10. Met.

A lorum cauſa à periculis abeſſe, qui Ariadnæ auxilio uictor do-
mum redijt, Plutarcho & Diodoro autorib. Vt quor. Aeaci.
Homerus lib. 18. oſtendit, quantum nunciato ab Antilocho, Pa-
trocli filij Menœtij, interitu, anxerit, doluerítq; Achilles: qui cor
pori Patrocli non antea exequias perſoluere pollicetur, quàm
& interfectoris arma & caput attulerit: necnon 12. ex nobilio-
ribus Troianis ante rogum truncauerit: quod impigrè, ut ſupe-
rius attigimus, tranſegit. Vt quos obſcuris. Sphinx bellua eſt,
fuſco pilo, ut in 8. Plin. docet, mammis in pectore geminis, quam
Aethiopia generat. Verùm Sphingis, cuius nunc poeta memi-
nit, formã huiuſmodi fuiſſe, tradit Sophoclis interpres: faciei,
capitiſq; puellæ, corporis canis, alarum auis, uocum humana- E
rum, leoniſq; unguiũ. quæ Echidnæ & Cerberi filia fuit, ut He
ſiodus in Theog. ſcribit, & Thebas uenit, ac hominibus tale æni
gma proponebat: Quod animal bipes, inde tripes, ac quadrupes
eſſet. Soluenti præmium dabatur Iocaſtæ connubium, Theba-
norumq; regnum: ignorãti uerò mors. Solus Oedipus hominem
eſſe dixit, qui infans, quatuor it pedibus: ætate auctus, duob. iam
ſenior factus, tribus. nam baculo non æquè ac tertio pede ſuſten-
tatur. Sphinx uicta, ex alto loco ſe inde præcipitem dedit. Oedi
pus autem & matrẽ, ſimiliter ac regnũ tenuit, ut iam oſtenſum
eſt, Diod. auth. qui hanc cõplexus eſt hiſtoriã in 5. ſuarũ hiſt. lib.

Vt qui Biſtoniæ templo cecidere Mineruæ:
  Propter quid facies nunc quoq; uerſa deæ eſt.
Vt qui Threicij quondam præſepia regis
  Fecerunt dapibus ſanguinolenta ſuis.
Therodamantæos ut qui ſenſere leones,
  Quiq; Thoanteæ Taurica ſacra deæ.
Vt quos Scylla uorax, Scyllæq; aduerſa Charybdis
  Dulichiæ pauidos eripuere rati.
Vt quos demiſit uaſtam Polyphemus in aluum:
  Vt Leſtrygonias qui ſubiere manus.

DOM. Vt qui Biſt. Lacedæ
monij legem tulerunt, ne
alicui hoſpiti Spartæ eſ-
ſe liceret. Quam legem
ſæpenumero ab eis pro
mulgatam, Græci dixe-
rũt ξενηλασίαν, id eſt ho
ſpitũ eiectionẽ. Lemnia-
B ci multi Spartæ depre-
henſi, ex lege interfecti
ſunt in templo Palladis,
quam appellabant Chal
cæam: quo ſcelere ſtatua
auertit oculos. Vt q.
* Tindari Diomedes * Tyridam urbem Thraciæ tenuit, ut ſcribit Plin. ubi
equos feros cathenis deuinctos æneis, corporib. humanis alebat.
eos Hercules ſuſtulit, iuſſu Euryſthei. Euryſtheus ſacrauit Iuno
ni. eorum genus propagatum eſt uſq; ad Alex. Mag. ſi Diod. cre
dimus. Therodamantæos. Therodamas ſtabula habuit leo-
num in Scythia, ut alij ſcribunt, in Numidia, quos corporib. hu-
manis alebat: unde ipſe à domandis feris nomen accepit. nam
θηρίον græcè, ſignificat feram. δαμάζω, domo. unde Theroda-
mas. Huius meminit in epiſtola ex Ponto: Non tibi Therodamas
crudusq; uocabitur Atreus, Quiq;, &c. Alij codices habent The
romedon, quod ſignificat imperantem feris. Quiq;. Hecate in
Taurica regione templũ Dianæ erexit, cui hoſpites immolabat.
hæc prima aconitũ uenenũ inuenit, crudelitatis ſtudioſa, ex qua
nominis famam querebat. Diodor. Vt quos. Vlyſſes iactatus
C naufragio, ut longo carmine Homeri diſcimus, in freto Siculo
ſex ſocios amiſit. quod ipſe ita conqueritur apud Homerum: Mi
hi autem Scylla ex curua naui ſocios ſex eripuit, qui manib. &
robore præſtabant. Demum docet quanta ſpectaculi immanita
te abſorpti ſunt, cum opem ferre non poſſet. Vt Læſt. Læſtry
gones homines comediſſe, teſtatur Plin. in 7. Na. hiſt. Hi fuerũt
in Sicilia. quamuis Thucydides id fabuloſum exiſtimet, & in I-
talia, quod Homericum carmen docet, ubi ſocium ſe amiſiſſe te-
ſtatur Vlyſſes apud Homerum, cum duos miſiſſet unà cum præ-
cone, ad loca exploranda. nam Antiphates eum deuorauit. un-
de cruentus dicitur à Papinio, Littuſq; cruenti Antiphatæ. Hi
aquam hauriebant ex Artacia fonte, ut eodem loco docet Home
rus: cuius meminit Tibul. Nobilis Artaciæ gelida quos irrigat
unda. Polyphemus Vlyſſis ſocios abſumpſit, cum binos truci
daret. Homerus: Iamq; duo pariter ſociorum corpora terræ Pre
henſa canum ritu illidit. Notum eſt Homeri carmen. & noſtro-
rum turpis menda eſt apud interpretem Strabonis. nam cum de
Cyclopibus hoc ſcribat Homerus: Imperat autẽ unuſquiſq; pue-
ris ſuis, & uxori, nec mutua illi tenentur cura. Interpres malè
percipiens, ita tranſtulit, ubi Strabo utitur teſtimonio horũ uer-
D ſuum, Et puer & magnis rebus iudicat uxor.
ZAR. Vt q. B. Biſtones populi ſunt Thraciæ. unde Palladis ſimula
chrum ad Lacedæmonios translatũ eſt, apud quos impia lex eſt
promulgata, ne alicui hoſpiti Spartæ commorari liceret. Spre-
ta aũt lege Lemnij Spar
tam uenere, quos in tem
plo Palladis Spartani
occidere: quo facinore
pariter et impietate deæ
imago torua apparere
creditur, ut uetus ſcribit
interpres. Mineruæ.
Minerua, quia bene mo- F
neat, dicta. hanc Pagani
pro ſapientia ponebant.
Cornific. uerò, quòd fin
gatur, pingaturq; milita
ribus armis eandem di-
ctam putat. teſtis eſt Feſtus. Si aũt Ciceroni aſtipulamur, quòd
quaſi uis minuatur, dicitur. græcè Pallas nuncupatur, à uibran
do. unde Palladium. Quinq; fuiſſe Mineruas, in 3. de Nat. deor.
docet Cicero. prima Apollinis fuit mater. 2. orta Nilo, quã Ae
gyptij Saitẽ colunt. 3. ex Ioue nata. 4. Iouis ex Coryphe Oceani
filia, quam Arcades Coriam nominant, & quadrigarum inuen-
tricem ferunt. 5. Pallantis, quæ patrem dicitur interemiſſe, uir-
ginitatẽ ſuam uiolare conantem, cui pinnorum talaria affigũt.
Tor. deæ, terribilis. Toruus enim terribilis dicitur, ut tradit
Seru. [περὶ ξενηλασίας Lacedæmoniorum, & de Minerua, quæ
apud eoſdẽ χαλκίοικος appellabatur, Suidas meminit. Sed de ea
cuius Biſtoniæ, ſiue Thraciæ cognomentũ fuerit: et quod ijdẽ La
cedæmonij Lemnios in huius tẽplo occiderint, alibi, non tradi-
tur. Quare cum mox de Diomede Thracenſi, de Theromedonte
(ſiue Therodamante, utroq; enim modo ſcribitur) & de Diana G
Taurica ſequatur, adducor, ut hunc quoq; locũ, de Pallade, ſiue
Minerua aliqua, reipſa Thracia, aut in Thracia coli ſolita, ac-
cipiendum putem: ſiue in huius templo Lemnij, ſiue qui alij, qui
eõdẽ aliquando confugiſſent, occiſi fuere.] Vt q. Thr. Diom.
Thracius equos æreis præſepibus, catheniſq; ferreis tenebat.
quos humano corpore paſcebat. Hos iuſſu Euryſthei Hercules
ad ipſum abduxit, quos Euryſtheus Iunoni ſacrauit, quorũ pro-
pago ad Alexandri Macedonis tempora fuit, ut Diod. teſtatur.
Therod. Therodamas rex Scythiæ, ſicut uetus docet interpres,
timens ne per inſidias occideretur, leones hominũ ſanguine ale-
bat, quo magis ſæuirent: ut ſi caſus poſtularet, ad crudelitatẽ pa
ratos haberet. Huius in 1. de Ponto Ouid. meminit: Nõ tibi The
rodamas, crudusq; uocabitur Atreus, Quiq; ſuis, &c. Quiq;
Th. Thoantẽ Liberi patris filiũ fuiſſe, Lactãtio autore liquet:
cuius filia fuit Hypſipyle. hic in Tauricã Scythiæ regionẽ uenit,
quo tẽpore Lemnij uiri à mulierib. ad unũ, præter ipſum Thoan
tem ſunt enecati, ut paulo pòſt apparebit. Vouerat enim ibi in
tẽplo Dianæ Tauricæ ſacerdotio fungi. Solebant autem deæ ſa
cerdotes ex Hecatæ inſtituto, quæ ipſi templum erexerat, naui-
gantes ſacrificare, ut in 5. Diod. docet. nunc huius meminit cru H
delitatis poeta, de qua etiã Hom. in carminib. eſt locutus. Vt
quos Scylla u. In freto Siculo eſt ſcopulus Scylla, itẽ Charybdis
mare uorticoſum, ambo clara ſæuitia, inquit Plin. ubi Vlyſſes

A naufragio, ut Hom. tradit, ſocios amiſit. ſuperius de Scylla locuti, de Charybdi aliquid recēſere, locus exigere uidetur. Vetulā uoraciſsimā Charybdim fuiſſe, quidā Græcorū perhibēt: quæ, quia boues Herculi eſt furata, ab ipſo eſt in mare proiecta. unde & antiquas adhuc ſeruat rapinas. & deberet declinari in primo caſu Charybdis ſecundū regulā. Verùm, ut Priſ. oſtēdit, dicimus huius Charybdis, ne alterna d in utraq; ſyllaba malè ſonet. quod etiā Græci ſolēt euitare. dicunt enim χαρύβδεως, nō χαρύβδιδος. Dulichiæ. Dulichiū inſula eſt, ubi mōs Ithacus, in qua Vlyſſes fertur habitaſſe: eoq; Dulichius dictus eſt, & rates Dulichias habuiſſe dicitur, ut Seru. teſtatur. Vt q. d. Polyphemus Cyclops ſex Vlyſsis ſocios deuorauit, à quo eſt lumine priuatus, ut iam Homero aut. oſtēdimus. Vt Læſt. Antiphates Læſtrygonū rex fuit, qui & unū ex Vlyſsis ſocijs comedit, ac naues, uiroſq; merſit, præter unā, quæ Vlyſſē uehebat: ut in 14. ab Ouid. docemur. E Quiq; Thoanteæ, &c.) Thoas hic Tauricæ terræ tyrannus, ſiue rex fuit: alius à Thoante Bacchi, patre Hypſipyles. Sic enim & Iphigenia apud Eurip. ait, Se à Diana in terrā Taurorū ablatā fuiſſe, οὗ γῆς ἀνάσσει βαρβάροισι βάρβαρος Θόας, ὃς ὠκὺν πόδα τιθεὶς ἴσον πτεροῖς εἰς τοὔνομ᾽ ἦλθε τόδε ποδωκείας χάριν, &c. Nota autem eſt ſiue fabula, ſiue hiſtoria, de Taurica Diana, cui hoſpites immolari ſolebant. De Scylla & Charybdi Odyſſ. 12. uide. De Polyphemo eiuſdem lib. nono. de Antiphate & Læſtrygonib. lib. 10. MICYL.

DOM. Vt q. d. Annibal, ut apud unū Val. Max. cōperio, pontē ex captiuorum cadauerib. in Gela fluuio cōſtruxit, ubi traiecit exercitum. De hac crudelitate loquitur Ouid. Et uelut. Vlyſſes longis iactatus errorib. B cū domū rediſſet, offendit multos procos, qui ex proximis inſulis conuenerunt, ad Penelopen uxorē petendā, uulgato rumore, Vlyſſē iam mortuum eſſe: fauebāt nonnulli pueri domeſtici. omnes adortus eſt Telemacho filio ſocio ſagittis primū, ut ſcribit Hom. mox armis Polybū, Pyſandrumq; necauit. Interea Melanthus, ut Hom. ſcribit, caprarū cuſtos, qui procis, abſente domino, abſumēda pecora appoſuerat 12. haſtas, totidē clypeos & galeas attulit ex thalamo, procis dimicantibus: quæ arma, cum Vlyſſes agnouiſset, ita affatus eſt Telemachū. An puer è noſtris, mulier'ue penatibus atra In nos bella mouet. Tandē Eumæo indicante, cognouit Melanthiū eſſe: quem cōplicatis aſſeribus, ut ſcribit Hom. & impoſito pondere, premi iuſsit. hoc ſuppliciū ab Vlyſſe excogitatum cecinit. Qui Melanthiū per genitalia ſuſpenſum tradiderūt, inanem C ſpeciē ſupplicij ſunt ſecuti, non uerā hiſt. Icaridos, Penelopes filiæ Icari. In c. a. aduerſus dominū Vlyſsem. Vt i. Aon. de Anteo intelligit. notum eſt. Luctator, palæſtrita. Hoſpite Aonio, Hercule. Antæus Terræ filius clarus palæſtræ certamine multos necauit. Nam cum pedib. terrā contingeret, reddebatur ualidior à matre. hunc domuit Her. regiā habuit apud Lycū, in Libya, ut ſcribit Plinius, uxorē Tigennā, ut tradit Plut. Antheas uerò Scytharū fuit rex. Lemnia turba. Lemniacæ mulieres cum Veneris ira hircinū haberent odorē, repudiatæ à maritis, iniuriā ultæ ſunt. nam reuerſos è Thracia, una trucidarunt nocte, præter Hypſipylē, quæ Thoantē patrem ſeruauit. Cecinerunt hoc cùm alij, tum Papin. in Thebaide. Vt qui poſt. Proſillus, ut alij codices habēt, Thraſyllus Buſiridē docuit immolare hoſpites, cū affirmaſſet nece humana pluuias impetrari poſſe à Ioue. Primus occiſus eſt, eandēq; ſeruauit crudelitatē Buſiris in aduentū uſq; Herculis, à quo domitus fuit. Eratoſthenes negat ullū in Aegypto unquā Buſirim fuiſſe. ſed id ait confictum, ad loci inhoſpitalitatē indicandā. Vt qui, id eſt Thraſyllus. Sacri iniqui, in quo erat necanda uictima. Poſt longam, D longam ſiccitatem. Elicuit, eduxit. Frater ut Antæi. Pygmalion frater Antæi docuit immolationem hoſpitum, ipſe deūm aras ſanguine imbuit. Exemplis, ut ipſe docuit. Vt qui. De Diomede intelligit, de quo ſuprà: qui equos habebat, quos paſcebat corporibus humanis: eum deinde Hercules equis obiecit in pabulum, quod ille in multos egerat. Terribiles, feros. Viſ. hum. humanis carnibus.

Vt quos dux Pœnus merſit putealibus undis,
Et iacto canas puluere fecit aquas.
Et uelut Icaridos famulæ periere, prociq;:
Inq; caput domini, qui dabat arma procis.
Vt iacet Aonio luctator ab hoſpite fuſus,
Qui (mirum) uictor, cum cecidiſſet, erat.
Vt quos Antæi fortes preſſere lacerti:
Quosq; feræ morti lemnia turba dedit.
Vt qui poſt longum ſacri monſtrator iniqui
Elicuit pluuias uictima cæſus aquas.
Frater ut Antæi, quo ſanguine debuit, aras
Tinxit, & exemplis occidit ipſe ſuis:
Vt qui terribiles pro gramen habentibus herbis
Impius humano uiſcere pauit equos:

F Vt quos dux. Pœ. Appianus Alexandrinus, in eo, qui Libycus inſcribitur, libro, oſtēdit Carthaginenſes quādoque Acerranorū ſenatū per inducias fidentem puteis immerſiſſe, atq; ſaxis obruiſſe. Addit uetus interpres, Amilcarem tunc Pœnorū ducē fuiſſe. de hac puto Poetā loqui crudelitate, licet alij aliter intelligāt. ZAR. Et u. Ic. f. p. Cum ex longo errore Vlyſſes domū reuerſus eſſet, procos quamplures, Penelopen in uxorē poſcentes, inuenit. quos domeſtici pueri adiuuabant. omnes Vlyſſes unà cum Telemacho filio aggreſſus eſt, ſagittis primùm, mox armis & Polybū Piſandrumq; necauit. Melanthius interim caprarum cuſtos ex thalamo procis galeas, clypeos, & haſtas attulit: quæ arma cum à Melanthio afferri cognouiſſet, cōplicatis aſſeribus, & impoſito G pondere ipſum interfecit, ut Homer. eſt autor. Vt iacet. Antæus Terræ filius habitus, quia palæſtra, ac robore corporis præclarus ab ipſa Terra cum à luctatorib. premebatur, ualidior reddebatur, ab Hercule in pectore prenſus, cum diu ſpirare nō quiſſet, occiſus eſt: qui in Libya apud Lyxam coloniam regnū obtinuit, ubi & hortos Heſperidū fuiſſe, ſatis ex Plinij & Solini autoritate conſtat. in urbe Tingenna ſepulchrū habuit, quod Sertorius perfodi iuſsit: qui, ſi Plutarcho credimus, 70. cubitorum corpus inuenit. Strab. autē tibiā 60. cubitorum (Gabinij teſtimonio) comperiſſe ſcribit Sertoriū, qui poſtea, inſtaurato tumulo, famam, honoremq; eius adauxit. Tingennā quoq; ſcribit Plut. Herculem cognouiſſe. quæ Syphacem genuit, à quo urbs à matris nomine dicta condita eſt. Aonio, Thebano. & Herculem dicit Thebis natū, qui, ut expoſuimus, Antæū interfecit. Aonia, inquit Lactantius, ab Aone, filio Neptuni, uel à monte Bœotiæ. nam ipſa eſt Aonia, quæ & Bœotia, quæ & Thebæ. Vt quos Antæi. Nunc illorum imprecatur mortem, quos certamine Antæus interemit. multos enim externos eum occidiſſe, Diodorus eſt autor. Lemnia turba dedit. Lemniēſes mulieres, cum Veneris ſacra eſſent auerſatæ, irata dea eis tetrum immiſit odorem, ut Apollonij interpres Hellanici autoritate ſcribit. Cumq; Lemnij uiri in Thraces bellum agerent, tandem uictores ma- H gnam pellicum turbam ſecum duxere. quam cum uxores ferre non poſſent iniuriā, unanimes decreuerunt uiros occidere: quos, ut ſtatuerant, ad unum interemere: pariter & Thraces mulieres, fi-

A res, filiosq́; metuentes, ne paternam ulciſcerentur iniuriam: non tamē tantæ immanitatis fuit Hypſipyle, quæ ſola patri Thoanti pepercit, eumq́; ſeruauit. Vt qui poſt longum. Praſillus, ſiue, ut alij uolunt, Thraſillus, non longè fuit ab Aegypto, qui Buſiridem docuit poſſe facile pluuias aridæ regioni inferre, ſi humana corpora mactaret: in ipſum autem Praſillum autorem primò Buſiris periculum fecit, ut ex uetuſtiß. dicimus interprete. Satis tamen conſtat, Diod. autore, Buſiridē Aegypti regem fuiſſe, hoſpitū cæde ad ſe accedentium graſſantem, ab Hercule enecatū: licet defenſoriam Buſiridis ſcripſerit Iſocrates, & uirum iuſtū uideri uelit. Frater ut A. Pygmalion tyrannus Antæū quendā fratrem habuit: ſolebat hic hoſpites necare, eodē poſtea modo ipſe finiuit uitam, ut uetus ſcribit interpres. Vt qui terribiles. Diomedem dicit, qui equos humanis paſcebat corporibus. hunc Hercules ſuis equis tradidit edendum, ut docuimus. * Tyridam urbem in Thracia Diom. tenuiſſe ſcribit Plinius.

* Tindam

MICYL. Vt quos dux Pœnus.) De hoc loco annotarunt Egnatius & Fanenſis, & ante hos Codrus in primo Sermonum. nota eſt hi- B ſtoria ex Appiani Libyco, & Valerij libro nono, capite ſexto: cuius uerba ſunt hæc: Annibal porrò Nucerinos hortatu ſuo cum binis ueſtimentis, urbem inexpugnabilibus muris cinctam egreſſos, uapore & fumo balnearum ſtrangulando: & Acerranorum ſenatum eadem ratione extra mœnia euocatum, in profunda puteorum abijciendo, non'ne bellum aduerſus populū Romanum & Italiam profeſſus, aduerſus ipſam fidē acrius geßit?

Vt duo diuerſis ſub eodem uindice cæſi
Temporibus Neſſus † Dißimaniq́; gener,
Vt pronepos * Neptune tuus: quem reddere uitam
Ipſe Coronides uidit ab urbe ſua.

† Dexameniq́;
* Saturne

DOM. Vt duo. Neſſus centaurus cum ad Euenum fluuium Deianiram uiolare uellet uxorem Herculis, ſagitta ab Hercule interemptus eſt: notū eſt Naſonis carmē: quod Diodori etiam monumenta teſtantur. Eodem uindice, Hercule autore. Dißimaniq́; gener. Dißimanus ſocer fuit, ut alij ſcribunt, Eurytiæ, quem Homerus ſcribit ab Apolline interfectum: ut alij putant, quod placet, Iphicli. De quo hæc eſt hiſtoria, & cantata ab Homero in carmine magico, & ſcripta à Diodoro, nec prætermiſſa à Propertio. Eurytus Iolē filiam u- C xorem dare recuſauit Herculi petenti. qua iniuria commotus Hercules, illius equos abegit. * Iphiclus Euryti frater cum ad eos repetendos Tirynthem ueniſſet, iuſſus eſt ab Hercule cōſcendere turrim, ut circumſpiceret, an equos uideret: unde eum præcipitem dedit. Sunt qui putent de Ormeno dictum, cuius filiā denegatam Aſtydamiā Hercules abduxit necato patre. hoc dicitur de Ormeni Nympha. Pronepos, Corinetus filius Vulcani.

* Iphitus

Reddere uitam, morte. Vt pronepos. Malè ſunt interpretati, meo quidem iudicio, qui hoc de Hippolyto ſcriptum putant. nam ut ego ſentio, loquitur de Corineta filio Vulcani: qui Periphitus dicebatur, ut ſcribit Plutarch. & Pauſanias, Periphetes. [Apud Plutarchum in Theſeo περιφήτης legitur.] Idæus ſcribit hunc Vulcani filium fuiſſe. Corinetas dictus, ut interpretatur Diodor. κορύνης, quod ſignificat clauam, quam geſtare ſolebat. hunc primum * Hercules domuit iuxta Epidaurum: quod Ouid. ita in Met. teſtatur: Tellus Epidauria per te Clauigeram uidit Vulcani occumbere prolem, id eſt Corinetam.

* Theſeus

ZAR. Temporibus Neſſus. Ad Euenum amnem portitor fuit, quò Hercules cum Deianira cum perueniſſet, eam tranſductam uiolare uoluit: uerùm ab Her. ſagitta occiſus eſt, ut ſuperius ſumus interpretati. Dißimaniq́; gener. Eurytus Oechaliæ rex Diſ- D ſimani gener, filiam Iolem Herculi promiſſam denegauit filij hortatu. indignatus autem Hercules, euerſa ciuitate Eurytum interemit, & Iolem ſuſtulit, ut Seruius oſtendit. Diod. Herculem Euryti equos abegiſſe, & Iphiclum, ad inueſtigandos e-

mendacijs & fallacia, quaſi præclaris artibus gaudens? Appianus autem addit, & ſaxis ora demerſorum obruta. quod hic Ouidius, iacto puluere canam aquam factam dicit. Vt qui poſt E longam ſacri monſtrator iniqui.) Hic Thraſius fuit, ut ab eodē poeta primo de Arte appellatur, qui eandē hiſtoriam prolixius paulo tradit his uerſibus:

Dicitur Aegyptus caruiſſe iuuantibus arua
Imbribus atq́; annis ſicca fuiſſe nouem.
Cum Thraſius Buſirin adit, monſtratq́; piari
Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Iouem.
Illi Buſiris, fines Iouis hoſtia primus,
Inquit, & Aegypto tu dabis hoſpes aquam.

Frater ut Antæi.) Buſiridem intelligi, doctiores pleriq́; uolunt. Hunc enim & Antæū eodē patre, Neptuno ſcilicet genitos eſſe. Ac de Buſiride quidem conſtat, Neptuni filium paßim apud autores dici. De Antæo dubitari poteſt, quem cæteri Terræ filium faciunt, ſolitum hoſpites luctando ſuperatos occidere, & eorum cranijs templum Neptuni tegere, ut Pindar. quarta Oda Iſthmiorum autor eſt, ſiue idem Neptunus pater illius, ſiue aliàs ab eo cultus fuerit. Poſſet tamen & Ancæi, pro Antæi F non incōmodè legi, ſi quem prior lectio offendat. Nam & hunc Apollon. Neptuni ex Aſtypalæa filiū facit, eundemq́; mortuo Tiphy, gubernationem Argus ſuſcepiſſe dicit. Vide lib. ſecundum Argonautic.

quos in Tirynthem uenerat, ex alta turri præcipitaſſe: in quem locū ut ſi equos ſpectare poſſet, aſcenderat. Vt pronepos Saturne tuus. De Hippolyto intelligit, qui Saturni pronepos fuit. Saturnus enim Neptunum filiū habuit, qui Theſeum ex Aethra Pithei genuit: ex quo & Amazone natus eſt Hippolytus, ab Aeſculapio Dianæ precibus uita donatus, quemadmodum oſtendimus. Volunt nonnulli Corynetam filium Vulcani intelligere, cum à Theſeo interfectus nuſquā reuixerit. de quo Diodorus in 5. Poeta autem dicit quendam mortuum olim, quem Aeſculapius uidit efflare uitam, ut Hippolyto accidit, non aliter meo iudicio rectè locus iſte poteſt intelli- G gi. Coronides. Aeſculapius Coronidis ex Apolline filius, ut in tertio Metamorph. Ouidius tradit.

Dexameniq́; gener.) Ita legendum, non Dißimani, ut uulgo codices habent. Fuit autem hic Dexamenus Oleni rex, ut Pauſan. tradit, Eliacis prioribus. Cuius filias geminas, Theronicem & Theraphonem Actoris filij Cteatus & Eurytus duxerunt. & ex Theronice quidem Cteatus genuit Amphimachum, ex Theraphone autem Eurytus genuit Thalpin. Vtrumque autem, Cteatum ſcilicet, & Eurytum occidit Hercules ex inſidijs circa Cleonas adortus, cum ad certamen in Iſthmum proficiſcerentur. Cæterùm quia poeta ſingulari numero poſuit, Dexameniq́; gener, dubitari poteſt an de alio quopiam, quàm de Actoridis, quos & à matre Molionas uocarunt, hic locus intelligendus ſit: uidelicet de Eurytione centauro, quando & Neßi centauri mentionem facit poeta. De illo enim apud Hyginum in hunc modum traditur: Hercules, inquit Hyginus, cum in hoſpitium ad Dexamenum regem ueniſſet, eiús que filiam Deianiram deuirginaſſet, fidém que dediſſet, ſe eam uxorem ducturum, poſt diſceſſum eius Eurytion Ixionis & Nubis filius centaurus, petit Deianiram uxorem. Cuius pater uim H timens, pollicitus eſt ſe daturum. Die conſtituto, uenit cum fratribus ad nuptias. Hercules interuenit, & Centaurum interfecit, ſuám que ſperatam abduxit, &c. De Euryto

MICYL.

A autem Ioles patre, & filio Iphito (ita enim Græci hunc uocant) ad quos uulgò hunc locum referunt, Commentatores uiderint.

Vt pronepos Saturne tuus, quem reddere uitam.) De Periphetа intellige, quem à claua, quam geſtare ſolebat, Corynetam dixere. Hic enim à Theſeo circa Epidaurum occiſus eſt, quo loco Aeſculapius peculiariter colebatur. unde ab urbe ſua cædem illius proſpexiſſe ipſum dicit Poeta. Eſt enim reddere uitam, mori: non ut quidam accepiſſe uidentur, reuiuiſcere. Fuit autem Coryneta pronepos Saturni, hoc pacto. Saturni filia Iuno fuit, Iunonis Vulcanus, huius Periphetes: quod & Pauſanias teſtatur in B principio Corinthiorum, ἐκάθηρε γοῦν, inquiens, Θησεὺς τ̃ κακούργων τὴν ὁδὸν τὴν ἐς ἀθήνας ἐκ Τροιζῆνος, οὓς τε πρότερον κατηρίθμησα ἀνελὼν, καὶ ἐν Ἐπιδαύρῳ τῇ ἱερᾷ Περιφήτην, ἡφαίστου νομιζόμενον, κορύνῃ χαλκῇ χρώμενον εἰς τὰς μάχας. Quod autem quidam pro Saturne, Neptune ſubſtituunt, & de Hippolyto hunc locum interpretantur, de eo ipſi uiderint. Vetuſtiores certè codices Saturne, habent. & de Hippolyto infrà dicit Poeta.

DOM. Sinis ab eodem Theſeo ſublatus eſt, qui (ut ſcribit Diodorus) alligata corpora curuatis arboribus in altum emittebat, unde curuabantur. Ouidius Sinin alterū putat, quàm ſenē illum, qui curuabat trabes, cui non dat nomen. Plutarchus
B deprauata (ut ſentio) dictione, Signium ſcribit.

† Sinis

Vt † Scynis, & Scyron, & cum Polypemone natus:
Quiq; homo parte ſui, parte iuuencus erat.
Quiq; trabes preſſas ab humo mittebat in auras,
Aequoris aſpiciens huius & huius aquas.
Quæq; Ceres uidit læto pereuntia uultu
Corpora Theſea Cercyonæa manu.
Hæc tibi, quæ precibus iuſtis mea deuouet ira,
Eueniant, aut his non leuiora malis.

Quiq; trabes preſſas. Diodori monumēta teſtantur, Schinon quendam in Iſthmo habitaſſe, qui nouo genere admodum immani homines occidebat. Horum enim brachia duab. flexis pinis alligabat, & eas dimittebat: ui autem corpora diſcerpebātur. F Sed ipſe à Theſeo æquè finem uitæ facere eſt coactus, cuius filia Menalippum ex Theſeo genuit. autor Plutarchus. *Quæq; Ceres uidit.* Cercyonem Arcadem in palæſtra Theſeus iuxta Eleuſiniam Cererem ſuperauit, ut Plutarchus ſcribit, & ab Ouidio in octauo Metamor. tangitur: Cercyonis lethum uidit Cerealis Eleuſis.

[σίννις apud Plutarchum ſcribitur in Theſeo.] Hunc fuiſſe, ex cuius filia Perigune Theſeus ſuſceperit Menalippum. *Et Sciron.* Sciron in agro Attico porrecto tranſeuntibus, cibo ex pede admouentes os præcipitabat. Hunc auum Pelei & Telamonis fuiſſe Megarenſes contendunt apud Simonidem poetam. Eum domuit Theſeus. Vnde ſaxa Scironia dicūtur, & Minerua Sciria. Sacra item ob mortuum Scironem, ἐπὶ σκίρῳ. *Cum Polypemone.* Procruſtes à Theſeo domitus eſt, qui hoſpites hoc genere ſupplicij afficiebat. Suppoſito enim lecto intendebantur corpora: quæ aut mutilabantur, ſi maiora erant lecto: aut ui trahebantur in parem magnitudinē, ſi minora erant. Nomen dictum à προκρούω, id eſt impello. *Quiq; homo.* De Minotauro intelligit, quem Theſeus interfecit. *Quæq; Ceres.* Ob mendam quæ inueterata eſt in omnibus fermè codicibus, ridenda fabula recitata à nonnullis, qui aiunt Geryonem interfectum fuiſſe à Theſeo, & Cererem Geryonis nece lætatam: quia cum haberet tria corpora, nimium comederet. quod ridendum eſt, cum ſit falſum. Nos ſentimus hoc ſcriptum eſſe de Cercyone Arcadico, quem C iuxta Cererem Eleuſiniam Theſeus interfecit, ſuperatum palæſtra, ſi Plutarcho credimus. Teſtatur hoc alibi Naſo in Metamor. Per te Cerealis Eleuſis Cercyonis lethum uidit. ut legas Cercyonæa, non Geryonæa.

ZAR. *Vt Sinis, & Scyron.* Scyronem Theſeus in locis Megaræ habitantem, è ſummo loco in mare præcipitauit. à quo ſaxa Scyronea nomen ſumpſere. Non aliter, quàm & ipſe perijt, uiatores occidebat, ut Diod. narrat. Longā Plutarchus in Theſeo de Scyrone ſcribit hiſtoriam. *Et cum Polypemone.* Procruſtes Polypemonis filius in eo loco terræ Atticæ, quæ dicitur Curdalus, uiatores inuſitato ſupplicio ſuſtollebat. In lectica namq; eos ponebat. quod ſi longiores erant, parte ſupereminente amputabantur: ſi uerò breuiores, pedibus diſtendebantur. unde & nomen habuit. Hunc Theſeus, ut docet Diodorus, interfecit. *Quiq; homo parte ſui.* Vt ex fabulis notum iam omnibus eſt, Paſiphae taurum amauit, quo Dædali arte potita eſt: monſtrumq; peperit Minotaurum, qui uſq; ad humeros taurus, cætera hominis habebat. Reddit nobis Diodorus cauſam, cur tam turpi Paſiphae exarſerit amore. aitq; Minoem quotannis ſolitum ſpecioſiſſimum Neptuno taurum ſacrificare. Cumq; omnium pulcherrimum à Pa- D ſiphae amatum non ſacrificaſſet, iratus deus uxori furorem immiſit, ut cum ipſo tauro concumberet. unde Minotaurus natus, quem Minos in labyrintho à Dædalo fabricato habebat, ac humano Athenienſium ſanguine (ut monſtrauimus) paſcebat.

MICYL. *Vt Scynis & Scyron, &c.*) Ita uulgò quidem legitur. Cæterùm neq; Scynis, ut uulgò: neq; Schinos, ut apud Diodorū: neq; etiam Sinnis, nn duplice, ut apud Plutarchum, rectè legitur: ſed Sinis, quo nomine Pauſanias paſſim utitur. Id enim & uerſus poſtulat, & etymologia quoque comprobat. Nam Sinim, ἀπὸ τ̃ σίνεσθαι, hoc eſt nocendo, dictum uolunt: à quo uerbo & Sinonis nomen deriuatum. Fuit autem hic Sinis, ex latronibus unus, quos Theſeus interfecit. de quo Pauſanias in Atticis ita meminit: διαβᾶσι δὲ τὸν κηφισσὸν, βωμός ἐστιν ἀρχαῖος μειλιχίου διὸς, ἐπὶ τούτῳ Θησεὺς ὑπὸ τῶν ἀπογόνων τῶν φυτάλου καθαρσίων ἔτυχε, λῃστὰς καὶ ἄλλους ἀποκτείνας, καὶ σίνιν, τὰ πρὸς πιτθέως συγγενῆ. Hunc eundem cum Pityocampe plerique faciunt, de quo paulo pòſt dicetur. G *Et cum Polypemone natus.*) Polypemone legendum, abſq; aſpiratione. eſt enim ex πολὺ καὶ πῆμα compoſitum nomen, quòd multis, ſiue multifariam noceret, ac damnum inferret. Intelligit autem Poeta Procruſten, quem ipſe quidem Polypemonis filium, ut hinc apparet, & unà cum patre occiſum, innuit. Pauſanias autem & alij eundem cum Polypemone faciunt. Hyginus etiam Neptuno patre genitū dicit, ut in Cap. de Theſei laboribus. Verba Pauſaniæ ſunt hæc in Atticis: πρὸς τούτῳ τῷ κηφισῷ, inquit, λῃστὴν πολυπήμονα ὄνομα, προκρούστην δὲ ἐπίκλησιν, Θησεὺς ἀπέκτεινε, &c. Hic uiatores captos, ac lecto impoſitos, quibus pedes breuiores erant, extendere ui quadam, & lecto æquare ſolebat. Vnde & προκρούστην, ἀπὸ τ̃ προκρούειν uidelicet, appellatum uolunt. Longiores autem lecto exiſtentes idem amputabat. quo ſupplicij genere & ipſe à Theſeo poſtea interfectus eſt. *Quiq; trabes preſſas, &c.*) Pityocampten intelligit Poeta, qui ab eo nomen habuit, quòd hoſpites à ſe certamine uictos, diuerſis pinubus in terram curuatis alligabat, atque ita ligatos, iiſdem arboribus ſurſum iterum ac pariter emiſſis, lacerabat. Hic Iſthmi anguſtias obſidebat, quare hic à Poeta dicitur, huius & illius æquoris aquas, hoc eſt Ionium & Aegæum mare aſpexiſſe. Cæterùm eundem hunc alij faciunt cum eo quem Sinim ſuprà uocari diximus. Ac proprio quidem nomine Sinim, ab euen H tu autem & factis πιτυοκάμπτην appellatum uolūt: qui eodem quo ipſe in alios uſus fuerat ſupplicio à Theſeo poſtremò necatus fuit, ut eſt apud Diodorum lib. 5. & Plutarchum in Theſeo, qui,

ὡς δ'

A ἐν δ᾽ ἰσθμῷ, inquit, ᾤκει ὁ πιτυοκάμπτης, ὃ φόνῳ πολλοὺς ἀνῄρει, τοῦτον διέφθειρεν αὐτός. Ouidius autem neſcio quos autores, certos tamen (ut puto) ſecutus, diuerſos Sinin & hunc, de quo hic dicitur, Pityocampten facere uidetur: cum ſuprà Sinin, ſuo ac proprio nomine: hic autem, eum qui arbores in terram curuatas, rurſum in auras emiſit, ſuppreſſo nomine poſuerit. Neq; enim hoc, ut ipſe arbitror, facturus fuerat, niſi de diuerſis intellexiſſet. Sed de hoc alij quoq; iudicent. Quæq; Ceres uidit læto pereuntia uultu.) Propter ſublata latrocinia ſcilicet, quibus ille uiam atq; aditum ad Eleuſinen, ubi Ceres præcipuè colebatur, infeſtarat. E Aut etiam propter Alopen filiam, quam ille occiderat, eo quòd à Neptuno compreſſa fuiſſet. Hæc enim ex eodem Neptuno Hippothoontem peperit, cuius in urbe (ut Nicander ait in Alexiphar.) Ceres poſtea, cum filiam raptam quæreret, hoſpitio accepta fuit. Sed hæc cauſa remotior, ſuperior illa propior ac potior.

Qualis Achæmenides Sicula deſertus in † ora, † Aetnæ
Troica cum uidit tela uenire, fuit.
Qualis erat nec non fortuna binominis Iri:
Quiq; † tenent pontem, qui tibi maior erit. † tenet
Filius † ut Cereris fruſtra tibi ſemper ametur, † &
Deſtituatq; tuas uſq; petitus opes.
Vtq; per alternos unda labente recurſus,
Subtrahitur preſſo mollis arena pede:
Sic tua neſcio * qua ſemper fortuna liqueſcat, * quæ
Lapſaq; per medias effluat uſq; manus.
Vtq; pater ſolitæ uarias mutare figuras,
Plenus inextincta conficiare fame.
Nec dapis humanæ tibi erunt faſtidia: quaq;
Parte potes, Tydeus temporis huius eris.

DOM. Qualis Achæmenid. Achæmenides Adamaſti filius Ithacenſis, relictus ab Vlyſſe in Sicilia, cuius erat ſocius, uitam egit in ſummo ſqualore, uenientisq; Aeneæ Troiani opem implorauit, ut eſt apud Virg. Hom. cum Vlyſsis aduentũ in Siciliã ſcribit, & ſociorum, huius non meminit. B Qualis, ſquallidus. Qualis erat. Irus Ithacenſis medicus, celebris carmine Homeri, qui ſcribit hũc pugnis uapulaſſe ab Vlyſſe, cum eum reuerſus inueniſſet in ueſtibulo ædium ſuarum, quem ex dimicatione Antinous, qui inter procos Penelopes erat, Vlyſsi uictori incognito epulas dedit. Hic in mendicitatis obiurgationem ſemper obijcitur. Binominis dicitur, quoniam Arneus olim eſt appellatus à matre: ſed dictus Irus ab alijs, à loquacitate mendicãdi. Homerus: Cara parens primis Arneum dixit ab annis, Aſt Irum pueri. Carmen eſt in ultimis Odyſſeæ libris. Quiq; tenent pontem. Suſpicantur nõnulli, quoſdam pontem tenuiſſe Ithacæ, qui eiecti ſint ab Vlyſſe, in quo Homeri autoritate abutuntur: nihil enim ſcribit Homerus de hoc. Sed Naſo intelligit de mendicis, qui in ponte ſedent. Iuuen. Nuſquã Aemilius pons, & apud Mar. frequenter. Fortuna, conditio uiuendi. Filius. Triptolemus, ut ego ſentio, quãuis alij Aſterium ſcribant, C quon non legi, ſingulari & forma & pudore, omnium opes & illecebras cõtempſit. Fruſtra, quod non impetres. Vtq; pater. Briſichthon ſucciſa quercu, Dryadum precib. à Cerere irata tanta fame torquebatur, ut coactus ſit uendere filiam, ut græci codices habent, Taopeida: ut latini, Dryopida. Vendita modò pro uirgine, modò pro alijs animantibus, patri alimenta diu ſubminiſtrauit: ſed tandẽ coactus eſt miſer morſu proprios artus lacerare. Taopeis dicta eſt à ταὼς, quod ſignificat pauonem: & ὀπὸς, id eſt aſpectum, uiſus, uultus, frons, oculus. Plenus, ſatur. Conficiare, conſumeris. Inextincta, inſuperabili. Tydeus. Tydeus caput Menalippi corroſit, ut eſt apud Papinium in Theb.

ZAR. Qualis Achæmenides. Fuit Adamaſti filius Ithacenſis Achæmenides, unus ex Vlyſsis ſocijs, ut in 3. Aeneid. Virg. canit, qui in Sicilia relictus eſt, quando impias Polyphemi manus Vlyſſes euaſit. Cumq; Aeneas in Siciliam applicuiſſet, hunc ſquallidum, immiſſaq; barba ſupplicem benignè accepit, ſicut etiam Ouidius prodidit. [Cæterùm hi duo uerſus, ut & ſequentes, cum ſuperioribus ἀσυνδέτως cohærent. Intelligendum enim eſt: Talis autem ipſe ſis, aut, taliter animatus, aut ſimile aliquid. Proinde & dubitari poteſt, utrum aliquid hoc loco deſit.] Binominis Iri. D Homerus 18. Odyſſ. Arneum ſcribit quendam à matre ſic uocatum, immenſæ magnitudinis extitiſſe: qui loquax & ridiculoſus, à iuuenibus Irus dicebatur, mendicitate inſignis, ut in Epiſtolis Ouidius tradit: Irus egens, pecorisq; Melanthius autor edendi. Quiq; tenent pontem. Iupiter pariter & Mercurius docent pauperes, & mendicos ſolitos ad pontes permanere, ut eſcam à tranſeuntibus peterẽt. Hanc nunc infœlicisſimam uiuendi conditionẽ dicit, eamq; inimico imprecatur. Filius ut Cereris. Hunc F omnes locũ meo quidem iudicio, falſo interpretantur, hiſtoriamq; peruertunt, cum de Triptolemo, aut Aſterio intelligunt. Plutũ enim dicit, cuius in Theogonia Heſiodus hanc fabulã refert: Cum Iaſio in templo, quod fuit in Tripoli Cretæ ciuitate, Ceres concubuit: ex quibus Pluto natus eſt, qui opulentia interpretatur. Diues, quicunque hunc adibat, efficiebatur. Ideo nunc Poeta imprecatur mendicam in inimicum uitam: & quòd ſi fortè Plutum adiret, cupit ut ab eo ſpernatur, cui & odio ſit. Hunc uerum ſenſum, rectamq; fabulam eſſe omnino affirmare haud dubito, quam etiam Valla præceptor meus approbauit. Vtq; pater ſolitæ. Autolyci coniunx, Eriſichthonisq; filia Dryops, parentis ſemper eſurientis Cereris ira, cuius ſacratam quercum ſucciderat, famem leuabat, ſua Neptuni auxilio mutatione modò in equam, modò in bouẽ, & in alitem quandoq;: cuius precio (uendebatur enim) ſe pater paſcebat. Tandẽ proprios artus fame cõpulſus comedit, ut in 8. Metam. Ouid. eſt autor. Nec dapis humanæ. G Tydeus Oenei regis filius, uel ut alij, Martis & Altheæ, ſiue (ut placet Seruio) Erybϕæ, in bello Thebano à Menalippo lethali uulnere percuſſus eſt, cuius moribundus caput ad ſe deferri iuſsit, quod Capaneus eueſtigio in ipſius Tydei conſpectum portauit: quo uiſo lætatus Tydeus, cerebrum dentibus corroſit, ut Statius in octauo Thebaidos ſcribit. Porphyrius tamen non à Capaneo, ſed Amphiarao caput Menalippi allatum memoriæ prodidit. Additq; Palladem, quæ è cœlo deſcenderat, ut immortalem Tydea faceret, cum uidiſſet ipſum caput rodere inimici, adeò abhorruiſſe facinus, ut ſe auerterit, nolueritq; immortalitate Tydea donare. Quare precatus Tydeus eſt deam, ut ſaltẽ ipſam Diomedi filio tribueret, quã et ipſe aſſequi minimè potuit.

MICYL. Quiq; tenet pontem, qui tibi maior erit.) Alij tenent, alij tenet legunt: & de mendicis exponunt, qui plerunque ad pontes ſtare, & ſtipem à tranſeuntibus petere ſolent. Quod ut facilè conceſſero, ita rurſum dubitare ſoleo, quid ſibi uelit quod ſequitur, Qui tibi maior erit, utrum ad pontem, an ad mendicum referendum. Et ſi de ponte accipiatur, quo modo idem maior accipiendus. Locus ſanè obſcurus eſt, & hactenus inexplicatus. H Itaque & alios de eo cogitare accuratius aliquanto uelim. Nam à commentatoribus, quos ego uidi, omnibus ſilentio præteritur.

Filius & Cereris, &c.) Plutum intelligit, de quo Heſiodus in Theogonia:

Δημήτηρ

A Δημήτηρ μὲν πλοῦτον ἐγείνατο δῖα θεάων,
Ἰασίῳ ἥρωι μιγεῖσ' ἐρατῇ φιλότητι
νειῷ ἐνὶ τριπόλῳ Κρήτης ἐν πίονι δήμῳ.

Vbi nota, νειῷ ἐνὶ τριπόλῳ, non eſſe, in tēplo, quod fuit in urbe Tripoli, ut Comment. exponit: ſed in nouali, ſiue agro tertiato, hoc eſt, ter arato. Nam in loco fertili, & copia rerū abundanti, Plutum natū intelligit Poeta. Vtq; pater ſolitæ.) De Eriſichthone intellige, cuius fabulam deſcribit Callimachus in hymno Cereris: & Ouid. 8. Metamor. Huius autem filia, quæ ſe in uarias formas mutare ſolebat, non Driopis, aut Triopeis, ut hic in Cōmentarijs dicitur, ſed Metia appellata fuit, autore Lactantio grammatico. Triopam autem Eriſichthonis patrem uocat Callimachus, filiū Neptuni ex Canace Aeoli filia. unde ipſe Eriſichthon quoq; Triopeius ab Ouidio in Metamor. dicitur. E

Atq; aliquid facias à ueſpere ſolis † in ortus,
Cur externati rurſus agantur equi.
Fœda Lycaoniæ repetes conuiuia menſæ,
Tentabiſq́; iterum fallere fraude Iouem.
Teq́; aliquis poſito tentet uim numinis, opto:
Tantalides * tu ſis, Threiciuſq́; puer.
Et tua ſic latos ſpargantur membra per agros,
Tanquam quæ patrias detinuere uias.
Aere Perilleo ueros imitere iuuencos,
Ad formam tauri conueniente ſono.

† ad

* ut

DOM. Aut aliquid. Alludit ad fabulam Thyeſtæ & Atrei, à quorum menſa Sol dicitur auertiſſe currum. Externati, pauentes in aliam partem. Lycaon Priami filius ex Lycothoe filia Alcei, ita apud Homerū loquitur: Me paruum exiguo uicturum tēpore mater Lycothoe genuit. Alter B Lycaon Arcadiæ rex, Iouis ira in lupū eſt conuerſus, cum mactato homine Iouem decipere uoluiſſet. De hoc loquitur Ouidius. Fabula orta eſt ex hiſtoria. Nam ſi Copæ credimus, ſacra Ioui Lyceo fiebant in Arcadia hoſtia humana: cuius carne deguſtata, homines in lupum uertebantur. quod Demaneto Parrhaſio contigit, qui decem annis lupus, in priſtinam formam eſt reuerſus. Tantalides. Pelops filius Tantali, numinibus hoſpitio ſuſceptis, à patre appoſitus eſt, experiente an dij eſſent. Reliqui abſtinuerunt. Vna Ceres humerum abſumpſit, quem poſtea reddidit eburneum diuinitas. Tu Tereuſq; puer. Ityn filium Terei deſignat, patri appoſitum. Et tua ſic latos. Abſyrtus Aeetæ filius ex Caucaſea nympha, ut ſcribit Apollonius: ex Euryclide, ut Ibycus: ex Neræa, ut Sophocles: ex Phædra, ut Heſiodus. Hunc Medea iram patris fugiens, inter fugiendum dilaniauit, ut collecta membra ſequentē patrem retardarēt. Cic. Aegialeum appellatū fuiſſe exiſtimat: ſed Diodor. alterum tradit Aegialeum. Aere Perilleo. Confecto tauro æneo à Perillo, qui ſupplicio afficiebantur, clamantes ex bouis aluo, ſuauem emittebant ſonum. Suprà repetita eſt hiſtoria. Hic datus eſt C Phalaridi, qui primus tyrannidem docuit, quam in Agrigentinis Siciliæ exercuit. Autor eſt Plin. in 7. Natural. hiſt. Sunt qui ſcribunt eum ante conditam urbem uixiſſe 64. ſed Euſebium ſecuti, credimus eum poſt conditā urbem fuiſſe temporibus Seruij Tulli. Poſt decimumſextum annum tyrānidis à ſocijs reſecta lingua coniectus eſt in taurum æneum, quem olim Perillus ſtruxerat ex ære Cyprio. Id enim genus ductile eſt, ut ſcribit Plinius, & facilius ignem admittit, qui admouebatur clauſo in uentrem bouis. eundem taurum primus imbuerat ipſe artifex Perillus. Vnde dicitur lib. 4. de Triſtib. ſic tyrannum alloqui: Vt munus munere penſes, Da precor ingenio munera digna meo. Dixerat. & Phalaris, Pœnæ mirande repertor, Ipſe tuum præſens imbue, dixit, opus. Ambo ergo in tauro illo perierunt.

ZAR. Atq; aliquid facias. Pelops ex Hippodamia filios habuit Atreum, Thyeſtem, Pliſthenē: & ex altera muliere Chryſippum, quem unicè amabat. Atreus autem Chryſippū à patre ſibi prælatum perſpiciēs, cum in puteū demerſit, quem Pelops extraxit. Mox defuncto Pelope, Chryſippo filio ſuorū bonorum hærede inſtituto, Atreus & Thyeſtes eum interfecere. Deceſſerat iam Pliſthenes, duobus relictis filijs, Agamemnone inquam, et Mene D lao, quos Atreus educauit. Hinc Atridæ ſunt appellati. Igitur Chryſippo ab Atreo & Thyeſte fratribus enecato, ipſi inter ſe conuenerunt, ut cui ſignum à deo eſſet, regnū obtineret. Agnam Mercurius aureo uellere in gregem Atrei poſuit, ut quod ſequutum eſt facinus uideret. oderat enim Pelopis genus, propter Myrtili filij mortem, ex palæſtra ab ipſo Pelope interempti. Aërope autē Atrei coniunx hanc agnam in Thyeſtis gregem tranſduxit, quem propter inceſtum amabat. Quod cum Atreus percepiſſet, ipſam occidit. At Thyeſtes facto conuiuio, tres F Atrei filios ei epulandos dedit. Quo ſcelere Sol dicitur ab occaſu in ortū ſe reuocaſſe, & Pleiades conuerſæ, ut Pherecydes & Virgilius tradunt. [Alij diuerſo modo tradunt, Thyeſtæ filios ab Atreo necatos ſcilicet, ac patri epulandos appoſitos. Vide tragœdiam Senecæ Thyeſtem.] Fœda Lycaoniæ. Lycaon Arcadiæ tyrannus, ut apud Ouidiū in 1. Metamor. eſt uidere, humana corpora pro epulis præbere conſueuerat: ad quem Iupiter mortali ſumpta effigie ſe contulit, cui Moloſſum partim aſſum, partim elixum appoſuit: ut deinde, ſi humanam carnem non cognouiſſet, & ipſum occideret: fama namq; deum eſſe erat. Iupiter tanto perſpecto ſcelere, Lycaonem in lupum mutauit, unde & nomen tenet. λύκος enim græcè lupus eſt. Legitur & de alio eiuſdem nominis Priami filio apud Homerum. Teq; aliquis poſito. Senſus eſt: Velim itaque, & cupio, ut eo modo in deorum cibum præbereris, quo Pelops à patre Tantalo eſt appoſitus: cuius humerum Ceres quin comederet, non ſe abſtinuit, ut in principio expoſuimus, de Tantalo ſatis loquuti. Tu Tereiq; puer. Pandion Athenarum rex Prognen & Philomelam filias genuit, quarum Prognen Tereo Thracum tyranno deſpondit. Cumq; Progne G inuiſere parentem & ſororem geſtiret, à quibus per quinquennium abfuerat, ipſi Tereus morem geſſit. nam Athenas nauigauit, & ad ſororem abduxit. Cuius fortè illectus pulchritudine, incæſtum commiſit: & ipſi Philomelæ, ne crimen palàm faceret ſorori, linguam abſcidit, eamq; in ſylua reliquit: quæ proprio ſanguine tanti mali his tantùm uerbis Prognen certiorem reddidit, τήρευς μὲ ἔφθειρε, Tereus me corrupit. Quo fit, ut adeò Progne hac re grauaretur, ut & ſororem ad ſe curarit occultè uenire, filiumq; patri edendum appoſuerit. Cui de filio interroganti reſponſum eſt: Inuenire, quod quæris, habes. Quare cum gladio uxorem & ſororem inſectaretur, deorū miſeratione in aues omnes ſunt conuerſi, Progne in hirundinem, in luſciniam Philomela, Tereus in upupam, in phaſidem uerò Itys Terei & Prognes filius, ut in fabulis ab Ouidio longa commemoratione refertur. Et tua ſic latos. Vulgatiſſimum eſt, quemadmodum cum Aeetes Colchorum rex, Medeæ pater, Iaſonem perſequeretur, qui aureum uellus & Medeam ſurripuerat, diſcerptus, dilaniatuſq; per membra fuerit Abſyrtus à Medea ſorore in Ambracia: quo pater, dum filij corporis partes colligeret, retardaretur. H qua crudelitate Iaſon periculum euaſit. Sunt Abſyrtides inſulæ, ab Abſyrto nuncupatæ, ut Ruffi Feſti indicat carmen: Ionij ſi quis rate curſum cærula currat Aequora, ut Eoos cymbā producat in ortus, Abſyrti cautes, & crebras protinus artes Inueniet.

A niet. [De Abſyrti cæde, & quo loco idem à ſorore Medea laniatus fuerit, habes Ouidij lib. Triſt, 3. eleg. 9.] Aere Perilleo. Fuit Phalaris Agrigentinus crudeliſſimus tyrannus, idemq; & diſertiſſimus, quod eius teſtantur epiſtolæ. Cui Perillus taurum æneum, ianuam à latere habentē, donauit, ut in eo igne ſuppoſito homines exureret: unde & ipſos bouis uoces æquè edituros affirmauit. Sed Phalaris in muneris artifice primò experiri, quod docuerat, uoluit. Vnde in tertio de Triſtibus Ouidius ait: Pro quibus inuentis ut munus munere penſes, Da precor ingenio præmia digna meo. Dixerat. at Phalaris, Pœnæ mirande repertor, Ipſe tuum præſens imbue, dixit, opus. Nec mora, monſtratis crudeliter ignibus uſtus, Exhibuit geminos ore gemente ſonos. B

MICYL. Tu Tereiq; puer.) Ita in pleriſq; legitur: ſed huic lectioni repugnat quantitas. τηρεὺς enim græcè ſcribitur η longa. Alij autem, Tereos atq; puer, emendant, quod neq; ipſum procedit: quòd nomina in ευς, græca, latinè in ſecundo ordine declinantur, & genitiuum per ei faciunt. Quare optima eorum lectio uidetur, qui proprij loco, gentile ſupponunt, leguntq;, Tantalides tu (ſiue, Vt) ſis, Threiciumq; puer.

Vtq; ferox Phalaris, lingua prius enſe reſecta,
More bouis Paphio clauſus in ære gemas.
Dumq; redire uoles æui melioris in annos,
Vt uetus Admeti decipiare ſocer.
Atq; eques in medij mergare uoragine cœni,
Dummodo ſint facti nomina nulla tui.
Atq; utinam pereas ueluti de dentibus orti
Sidonia iactis grata per arua manu.
Et quæ † Battiades fecit, fraterq; Meduſæ,
Eueniant capiti uota ſiniſtra tuo.

DOM. Paphio, id eſt Cyprio. Nam Temeſe urbs in Cypro, habebat æris metalla. Vt uetus Admeti. Pelias fraudibus Medeæ, iuueniles annos promittētis, medicamentis magicis interemptus eſt, filiabus omnibus conſentientibus, præter unā B Alceſten, autore Diodoro, quæ impietate abſtinuit. Fuit autem Admeti ſocer. Nam eo mortuo, Iaſon, ut ſociorum animos leniret, Euadnē eius filiam Oeneo collocauit Cephali, Amphinomen Andremoni Leontei fratri, Alceſten Admeto. Autor Diodorus. Aut eques. Dehiſcente terra in urbe, aruſpices responderunt, Poſtulionem manium deum poſcere uirum fortiſſimum: qui niſi daretur, interitus urbis immineret. Curtius inuentus eſt, qui armatus eum in locum ſe deiecit. Nomē datum eſt, ut Curtius lacus appellaretur. Hanc hiſtoriam noſtri ita profitentur. Probus Tito Liuio aſſentitur. licet Piſo, Cornelius Luctatius, autore Varrone, uarios ſecuti annales, aliter ſcripſerint. Atq; utinam pereas. Cadmus primus conſtare æs inuenit in uarios uſus. Cadmus alter, ſolutæ orationis inuentor fuit. Cadmus præterea in fabulis, Agenoris filius, Thebas conditurus, mactato ſerpente, dentes ex oraculi præcepto ſeminauit: ex quib. nati homines, mutuis ceciderunt uulneribus, quinque tantùm ſuperſtitibus, quorum unum tantùm nominauit Ouidius Echionem: Pherecydes omnes, † Ideum, Chthonium, Echionem, Pelorum, Hyperenorem. C Addit præterea idem autor, hos dentes ſerpentis datos fuiſſe à Marte & Pallade, parte dimidia Cadmo, & parte item dimidia Aeetæ, quod Latini non tradiderunt. Et cum eundem Cadmum tenuiſſe Illyrium prodiderit, alterum fuiſſe Cadmum Pherecydes ſcribit. Battiades. Mendoſe nonnulli legunt Penthides, interpretantes hoc dictū de Hipponacte, cuius Strabo & Plinius meminerunt: Acron non ſatis peritè. Sed intelligendum de Callimacho oriundo à Batto, qui Apollonium Rhodium diſcipulum ſuum, Silei filium, uel ut alij ſcribunt, Ilei, fratrem Meduſæ & Aegiales, carmine imprecatorio deuouit, ut ſuprà eſt expoſitum.

† Penthides

De Curtio Valerius lib. 5. cap. 6. Liuius lib. 7. Dec. 1.

† Vdæum

ZAR. Vtq; ferox Phalaris. Circunſeptus à ſuis Phalaris, quo modo Perillum, reliquosq; multos interfecerat, defunctus eſt, reſecta prius lingua. Alij autem lapidibus eum occiſum dicunt. Volunt nonnulli Phalarim annos 64. ante urbem conditam fuiſſe. Euſebius uerò Tulli Hoſtilij temporibus apud Agrigentinos tyrannidem exercuiſſe ſcribit, qui filium (ut Euſtathius in 7. * Aethi. tradit) comedit. Paphio, Cyprio. Eſt Paphos Cypri oppidū, autore Plin. Dumq; redire uoles. Peliam filiæ, Medeæ ſuaſu D interfecerunt, quæ eum in iuuenilem ætatem reddere promiſerat. Vtq; magis aggrederentur pietatis cauſa ſcelus, arietem ſuis medicamentis in agninā formam reſtituit, renouatis antea Aeſonis Iaſonis parētis annis. Quare omnes impias in patrem manus immiſere, præter unam Alceſten. Occiſo autem Pelia, altam Medea turrim conſcendit, uotum Lunæ peractura prædicans. Vnde Iaſonem dato ſigno, patrui mortis certiorē fecit, qui ipſum in patriā admittere obſtinatiſſimè negabat, ut in 5. Diodorus, & in 7. Metamor. Ouidius declarant. F Atq; eques. Triplex de lacu Curtio legitur hiſtoria. Nam Portilius ſcribit terram dehiſſe, quod ad aruſpices ex ſenatuſconſulto delatum eſt, qui reſponderunt deos manium poſtulationem poſtulare, id eſt, ciuem fortiſſimū eódem mitti, quendam Curtium fortem uirum armatum equo ſe in eum lacum præcipitaſſe, eiusq; corpus ita diuinitus humaſſe. eo facto locum coiſſe, qui à Curtio nomen habet. Piſo autem in annalibus tradit, bello Sabino inter Romulum inquam & Tatium Metium Curtium Sabinum fortiſſimum uirum, cum Romulus cum ſuis ex ſuperiore parte impreſſionem feciſſet, Curtius in paluſtrem locum, qui in foro tum fuit, receſſiſſe, atq; ad ſuos in Capitolium recepiſſe, & ab eo lacum nomen inueniſſe. Cornelius & Luctatius perhibent eum locum fulguratum, & ex ſenatuſconſulto ſeptum eſſe, idq; à conſule Curtio factum, cui Marcus Genutius collega fuit, Curtium appellatum. Poteſt & de Amphiarao intelligi, ut nonnulli uolunt, qui & ipſe loco nomen dedit. nam ubi hiatus terræ eum abſumpſit, teſte Strabone, hiatus Amphiarai dictus eſt. G Atq; utinam pereas. Ad perquirendam Europam ſororem, dura lege à patre miſſus eſt Cadmus, ne domum abſque ſorore reuerteretur. qua non inuenta, Apollinē conſuluit: qui eum, ubi bos requieuiſſet, urbem condere iuſſit. Itaque Thebas in Bœotia ædificauit, antea tamen ſocijs ex proximo loco ad hauriendā aquam, ut ſacrificaret, miſſis. Qui cum reditum tardarent, miratus Cadmus, ad eos ſe contulit: quos omnes ab angue Martio enecatos eſt conſpicatus, quem magno labore interfecit: cuius dentes, Palladis iuſſu ſeminauit, à quibus ſtatim fratres armati orti, qui mutuis concidere uulneribus, quinque duntaxat ſuperſtitibus, ut in tertio Metamor. Ouidius eſt autor. Sidonia, Phœnicia. Sidonem enim, teſte Trogo Pompeio, ſiue Iuſtino libro decimooctauo, Phœnices condidere. quod à piſcium ubertate, Sidona appellauere: nam Phœnices piſcem, ſidon uocant. Et quæ Battiades. Callimachus Cyrenæus, ut in principio docuimus, in Apollonium Rhodium diſcipulum inuectus eſt. Meduſæ frater. quasq; in eum imprecatus eſt calamitates, Poeta in Ibidem optat. Battiades Callimachus ideo dictus, quia Battus Cyrenas condidit, à quo Cyrenenſes Battiades nuncupantur: ut Romulidæ à Romulo Romani, ita & Cecropidæ Athenienſes à Cecrope. H

MICYL. Et quæ Battiades fecit, fraterq; Meduſæ.) Ita quidem legendum eſſe commentatores contendunt. Sed quod ſuprà circa Pityocampten monui, idem hic me mouet, quòd non facilè credam,

A de eadem perſona, eademq́; omnino re, eodem loco poetam bis dicere uoluiſſe. Nam ſi præſens locus de Callimachi imprecationibus ac uotis, quibus Apollonium execratus fuit, accipiẽdus erat, quorſum attinebat de iiſdem iterũ ſequenti ſtatim diſticho meminiſſe, eandemq́;, ut dicitur, cantilenam bis canere? Proinde neq; ipſe ab illis diſſentio, qui alium quàm Callimachum hoc loco intelligendum putant: ſiue Pentheïden legas, ut & Aldina editio habet: ſiue quis melius ac potius nomen reponat. Nam & in eo, quòd alij Pentheïden legunt, & de Hipponacte patronymicum illud exponunt, duplex difficultas obiicitur: altera, quòd de Hipponactis imprecationibus aut uotis alibi nihil traditur: niſi quis conuicia & amarulentiam illius, quæ tanta fuit, ut etiam in prouerbium abierit, pro uotis & imprecationibus accipienda eſſe contendat. Altera autem, quòd ipſe Hipponax non Pentheïdes, ſed Pytheïdes patronymicũs dicendus magis erat, ἀπὸ τοῦ πύθω, quo nomine patrem illius Suidas appellat. Pentheïdæ autem nomen etiam de Menœceo accipi poterat, qui ſe pro patria in bello Thebano deuouit. Nam Penthei filius Odaſus traditur, Odaſi Menœceus, huius Creon & Iocaſta, porrò Creontis Hæmon & Menœceus, qui ſe de turri præcipitauit, ut eſt in Comment. Eurip. in Phœniſſas. Quare hunc locum doctioribus iudicandum relinquo. E Fraterq́; Meduſæ.) Non minor autẽ difficultas & in hoc loco eſt, qui ſequitur. Nam neq; qui frater Meduſæ fuerit, alibi planè traditur: & qui de Apollonio dictum accipiunt, illis idem difficultatis obiicitur, quod ſuprà de Hipponacte intelligentibus. Nam neq; de Apollonij uotis aut imprecationibus quicquam extat: & quas Callimachus fecit, de Apollonio paſſiuè, non actiuè accipiendæ. Quod ſi autem uotorum nomen, de amarulentia quoq; & conuicijs intelligendum aliquis putet, id quod illi faciunt, qui ſuperiora de Hipponacte interpretantur, malim hoc loco Archilochum, aut ſimilem aliquem accipere. Nam & Archilochi maledicentia in prouerbium abiit, quo edicta Archilochia, & patria Archilochi, dicuntur. Sed de hac re certi nihil habeo quod afferã. Quare & hunc locum aliorum iudicio relinquo.

Et quibus exiguo uolucris deuota libello eſt,
Corpora proiecta quæ ſua purgat aqua.
Vulnera totq; feras, quot dicitur ille tuliſſe,
Cuius ab inferijs culter abeſſe ſolet.
Attonitusq; ſeces, ut quos Cybeleia mater
Incitat, ad Phrygios uilia membra modos.
Deq; uiro fias, nec fœmina, nec uir ut Attys,
Et quatias molli tympana rauca manu.
Inq; pecus magnæ ſubito uertare parentis,
Victor ut eſt celeri, uictaq; uerſa pede.
Solaq; Limone pœnam ne ſenſerit illam,
Et tua dente fero uiſcera carpat equus.
Aut ut Caſſandri dominus, non mitior illo
Saucius ingeſta contumuleris humo.

DOM. Vulnera t. f. De Menœtio nonnulli intelligunt: quod falſum eſt. nam loquitur de Oſiride qui in 24. partes diſcerptus fuit. huic mortuo, ſacra inſtituta fuerunt ab ab uxore, in quibus piaculum eſt gladium eſſe. B Deq́; uir. Atys Cybeles concubitum fugiens, genitalia ſibi amputauit. Inq́; pecus. Atalanta ſuperata ab Hippomene curſu, uerſa eſt in leænam, marito in leonem cõuerſo, cum in Cybelis templo amoris impatiens Hippomenes cũ C puella rem habuiſſet. Solaq́; Limone. Filia Hippomenes adulterio deprehenſa, alligata equo, à patre abſumpta, ut ſuprà eſt dictum.

ZAR. Et quibus exiguo eſt uolucris. Periphaſticos ibidem dicit. Vulnera totq́; feras. Menedemũ tot in bello Troiano uulnerib. cõfoſſum uetus ſcribit interpres, ut tãtilla corporis pars nõ ſit reperta, ut ferrum poſtea execrarentur, nec eius inferijs more maiorum adhibendũ exiſtimarint. ſed poſſumus etiam de Oſiride intelligere, qui adeò in minutiſſimas partes à Typhõe fratre dicitur conciſus, ut ſolitum cultrum in inferijs adhiberi non oportuerit. hunc Aegyptij pro deo colunt. hanc apud Appianũ de rebus Aegyptijs, Plutarchum, & Ariſtidem Smyrnæum hiſtoricum, legere poteris. [De Oſiride, & quo pacto idem à Typhone diſcerptus, cuius rei memoriam Aegyptij annuis ſacris celebrare ſoliti fuerint, etiam Suidas mentionem facit.] Attonitusq́; ſeces. Mos erat, ut Cybeles ſacerdotes uirilia amputarẽt. cuius rei cauſam hanc tradit Lactantius: Deum, inquit, mater amauit formoſum adoleſcentem, & eundem cum pellice deprehenſum, exectis uirilibus, ſemiuirum fecit: & nunc à Gallis ſacerdotibus ſacra eius celebrantur. Ouidius quoq; in Faſtis eandẽ fermè rationẽ affert, licet Diodor. diuerſam ſcripſerit hiſtoriã.

Cybeleia mater. Cybele à monte Phrygiæ nomen habet, in D quo colebatur, uel à Cybelo ſacerdote. alij ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλὴν, id eſt, à capitis rotatione, quod proprium eſt ſacerdotum, ut Seruius ſcribit. quæ autem hæc fuerit Cybele, in quarto hiſtor. Diodorus oſtendit. Ad Phrygios modos, ad modulatus ſonoros, quales in F Prygia edebãtur ubi primò culta eſt. Deq́; uiro. Atys à Cybele dilectus, in Phrygiam naui delatus eſt: quo in loco numinis inſtinctu pudenda ſibi amputauit, comitesq́; Cybeleios ſumptis ſacrorum inſtrumentis, ad eius ſacra celebrãda hortatus eſt, mẽtemq́; furore uexãdam, qui poſt longam defatigationem fuit ſopore ſolutus: inde à Cybele in gremio ſuſceptus. cumq́; euitari corporis damna mente agitare cœpiſſet, patriæ abſentiam, ſuasq́; lamentatus ærumnas, miſerrimè defleuit. Vt autem dea puerum ſibi dilectum à talibus luctibus remoueret, u- G num de leonibus ſuis miſit, qui puerum perterrefaceret: quo terrore exanimatus, in nemora Cybeleia ſe conijciẽs, ibi eſt perpetuus deæ miniſter effectus, ut Catulli indicat carmen: Super alta uectus Atys celeri rate maria: Phrygium ut nemus citato cuſpide pede Tetigit, aditq́; opaca ſyluis redimita loca deæ Stimulatus, ut furenti rabie uagus animus Deuoluit iſte acuto ſibi pondera ſilice, & quæ ſequuntur. Scribit tamen Diodorus in quarto, Atym Phrygium adoleſcẽtem, quem Papam dicebant, à Cybele amatum, quæ ex eo enixa eſt. cumq́; hoc parentes Cybeles cognouiſſent, Atym & nutrices interfici iuſſere, inſepultosq́; abijci. quid ſit deinde ſecutum, tutè perlegere poteris, locum oſtendiſſe ſufficiat. Inq́; pecus magnæ, ut iam expoſuimus, Atalanta ab Hippomene curſu ſuperata, in leonem unà cum uictore uerſa eſt, tum Veneris ira, tum etiam quia in templo Cybeles deorum matris concubuiſſet, cuius leonibus currus ducitur.

Solaq́; Limone. Limone Hippomenis ex Atalãta, filia à patre in adulterio deprehenſa, equis diſcerpenda eſt tradita, cuius etiam mentio facta à nobis eſt. Aut ut Caſſandri dominus. Caſſandrea Potidæa Theßaliæ pars eſt, ubi Caſſandrus dominatum dicitur habuiſſe, qui in ſuos nimium ſæuiens, ab eis ſaxis obrutus eſt, ut à ueteri accepimus interprete. H

MICYL. Solaq́; Lim. etc.) Hanc hiſtoriã, ſuppreßo tamẽ nomine, allegat etiã Aeſch. in oratione cõtra Timarchũ, his uerbis, ἵνα δὲ μὴ δοκῶ καλινδούμενος ὑπὲρ αὐτῶν καὶ τῶν ἡμετέρων προγόνων μνησθήσομαι.

A σαμεν. οὗτοι γὰρ ἦσαν πρὸς τὰς αἰσχύνας χαλεποί, καὶ περὶ πλείστου τῶν τέκνων τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν ἡλικίαν ἐποιοῦντο, ὥστ' ἀνὴρ εἷς τῶν πολιτῶν εὑρὼν τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα διεφθαρμένην, καὶ τὴν ἡλικίαν οὐ καλῶς διαφυλάξασαν μέχρι γάμου, ἐγκατῳκοδόμησεν αὐτὴν μεθ' ἵππου εἰς ἔρημον οἰκίαν, ἀφ' οὗ προδήλως ἔμελλεν ἀπολέσθαι διὰ λιμὸν συγκατειργμένη. καὶ ἔτι καὶ νῦν τῆς οἰκίας ταύτης ἕστηκε τὰ οἰκόπεδα ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἄστει, καὶ ὁ τόπος οὗτος καλεῖται παρ' ἵππον καὶ κόρην. Reliqua apud Suidã uide, et in Annotat. Bap. Egnatij.

Aut ut Caſſandri d.) Caſſandri lego, ut & in Aldinis habetur, nõ Caſſandræ, ut alij quidã. Intelligere aũt Herculẽ Alexandri Magni filiũ uidetur, quẽ, ut Iuſtin. ſcribit lib. 15. Caſſander, unà cum matre Arſine, tacitè occidi iuſsit, corporaq; corũ terra obrui, nec cædes ſepultura proderetur. Dominũ aũt uocat Caſſandri, quia filius Alexãdri, & hæres paterni regni, eoq; etiã dominus Macedoniũ erat, annos iam natus circa quatuordecim. Occidit autem idem Caſſander etiam alterum Alexandri filiũ, eiuſdem nominis cum patre, ex Rhoxane natum, pari fraude, ut idẽ Iuſtinus ait, quaſi regnum Macedoniæ, quod affectabat, aliter quàm ſcelere conſequi non poſſet. Licet ergo uel de hoc, uel de illo intelligere, niſi quod de illius ſepultura, & terra corpori ingeſta, apertis uerbis traditur. Porrò quod in eodem uerſu ſequitur, Non mitior illo, ad Ibidem refero, ut ſit ſenſus: Tu Ibi, saucius ingeſta contumuleris humo, perinde ut dominus Caſsandri, non mitior illo, hoc eſt, Caſſandro, exiſtens. Vt enim ille crudelis in dominos ſuos, ita tu in me, &c. E

Aut ut Abantiades, aut ut † Lyrneſius heros
Cæſus in æquoreas præcipiteris aquas.
Victima uel Phœbo ſacras macteris ad aras,
Quam tulit à ſæuo Theudotus hoſte necem.
Aut te deuoueat certis Abdera diebus:
Saxaq; deuotum grandine plura petant.

† Cygneius

* Prœto

DOM. Abantiades. Male legerunt, qui hoc putant dictum de Cretheo, aut de * Phineo fratre Acriſij. nam deſignat Perſeum nepotem Abantis, qui cum Danae matre in urnam ab Acriſio impoſitus, B & cõmiſſus mari, undis delatus eſt in Seryphon inſulam, & inuentus à Dicte piſcatore: cuius unus Papinius apud nos meminit, Fluctiuagus uolucrem connibat Perſea Dictis. Educatus in inſula à Polydecte rege, miſſusq; in aperta capitis diſcrimina, ut Hyginus docet, & Strabo, & interpres Apollonij. Victor reuerſus in Seryphon incolas, in lapides conuertit, oſtenſo Gorgonis capite. Lyrneſius h. Confinguut fabulam nõnulli, nec ueram, nec loco accommodatã. loquitur enim de Telepho, qui Lyrneſius dictus eſt, quoniam Lyrneſium & Pedaſum urbes tenuit imperio. is cum Auge matre in urnam impoſitus, ut Euripides & Strabo ſcribunt, ad hoſtia Cayci fluminis delatus eſt, ubi imperij hæres relictus eſt à Theutrante. Quam Theud. Quicquid ab alijs hoc loco traditum eſt, nondum comperi, illud unum inuenio, Theodotum Bactrianorum regem ab Arſace rege Parthorum fuiſſe mactatum. Abdera. Vrbs Thraciæ initio anni hominẽ deuouet pro ſalute communi, obruitq; lapidibus.

ZAR. Aut ut Abantiades. Perſeus ab Abante genus ducens. ex Erechtheo enim natus eſt Cecrops, qui Metionem genuit, à quo C Metionidæ nuncupantur. Huic Canace filia fuit, quæ Abantem peperit, unde Abãtiades dicti ſunt. Calchodon huius filius fuit, qui habuit Elepenora, ex quo natus eſt Acriſius, cuius Danae filia fuit, Perſei mater. acceperat ab oraculo Acriſius, ut à filiæ nato eſſet expellendus: quare Danaen in turrim, ne à quoquam grauida fieret, incluſit. ad quam Iupiter in auream pluuiam mutatus ſe contulit, eaq; potitus eſt, quæ Perſeum peperit, ut lib. 3. carminum Horat. indicat, ueram ſecutus hiſtoriam, Incluſam Danaen turris ahenea, Robuſtæq; fores, & uigilum canum Triſtes excubiæ munierant ſatis Nocturnis ab adulteris: Si non Acriſiũ uirginis abditæ Cuſtodem pauidum Iuppiter et Venus Riſiſſent, fore enim tutum iter & patens Conuerſo in precium deo Aurũ per medios ire ſatellites, & quæ ſequuntur. Scribit tamen Simonides Danaen à Prœto patruo, non Ioue compreſſam. Acriſius autem in arcam Danaen & Perſeum concluſit, quam in mare proiecit. Danae itaq; & filius in Seryphon inſulam deuenere, in qua Polydectes Magnetis filius dominabatur, licet Menander Dictym dicat, cuius uerba conſolatus Apollonium, Plut. in morte filij refert Ditis conſolantis Danaen. Hic Polydectes, ſiue * D Ditis in uxorem Danaen accepit, Perſeaq; non aliter quàm filium amauit, quem poſtmodum in occidentem, ut Gorgonas interficeret, miſit. quas à Mercurio talaribus, pegaſo, & galea acceptis, ſuperauit, & à Vulcano falce ex adamante facta, ut Hyg. tradit. Hæ uno tantum oculo utebantur, tresq; numero fuere Phorci ex Cetho filiæ, eximiæ pulchritudinis, Euryale, Stheno, & Meduſa omnium natu maxima. addunt & aliqui quartam Scyllã, quibus, ut diximus, F interpretis Perſeus Meduſæ caput abſtulit, quo ſaxeos homines efficiebat. hanc multi autores fabulam memoriæ prodiderunt, præter Ouidiũ & Hyginũ. quare utpote omnibus perſpicuam totam recenſere deſiſtimus: unum tamen te latere haud uolo, Diod. in 4. innixus aut. Gorgon. in occidente pugnaciſſimas mulieres fuiſſe à Græcis Amazonas appellatas, quas labore maximo Perſeus ſuperauit. Docet & Põpon. Mela has Gorgonides inſulas in oceano Aethiopico poſitas tenuiſſe. tradit Lactantius Perſeum, & Danaen in Italiam delatos, ubi Ardeam Perſeus ædificauit. Lyrneſ. h. Hanc abundè ſuperius fabuloſam narrauimus hiſt. de Telepho inquam, quem Auges mater ex Hercule peperit in ſylua, ubi à paſtoribus inuentus regi Theutranti dono datus, loco filij ab eo tractus eſt. hic Theutras regionem Lyrneſiam ſibi parentem habuit, unde Telephus ipſius regis hæres Lyrneſius dictus eſt. Victima uel Phœbo. Theodotus tragicus poeta de Philoctete ſcripſit, quemadmodum morſus G à ſerpente diu dolore uexatus, ſibi manum iuſſerit amputari, ut in 7. Ethic. ſcribit Euſtratius. is cum atrocem nimium de Mneſarcho rege ſcripſiſſet tragœdiam, ab eo cum fugiſſet in Apollinis templum, ibidem occiſus eſt. autor uetus interpres. Theodotus eſt dactylus e & o per ſynæreſim coeunt in unam ſyllabã, ut in primo Iliad. apud Hom. apud Iuuen. Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes. apud Propertium, Hoc eodem ferro ſtillet uterq; cruor. Aut te d. c. Abd. Mos admodum inhumanus apud Abderam Thraciæ ciuitatem fuiſſe legitur. ſolebant enim hominẽ ſacrificare, diriſq; imprecationibus execrare, ac lapidibus obruere, exiſtimantes mala omnia ciuitati imminentia, hoc diro piaculo propulſare, ut Callimachus refert. fuit ex hac urbe Democ. Abderites philoſophus.

* Dictys

MICYL. Aut ut Abantiades.) Duo Abantes à poetis celebrantur. Alter Euboicus, filius Neptuni & Arethuſæ, ut Porphyrius: ſiue ut alij, Alconis, eius qui fuit Pandori, eius qui fuit Erechthei, ut Euſtath. Iliad. 2. Huius Abantis filius Chalcodon fuit, à quo Chalcodontiadæ Euboenſes dicti: perinde ut Abantes, ab Abante patre. hunc Amphitryon occidit bello, quod Euboenſes cum Thebanis geſſere, ut Pauſanias in Bœoticis autor eſt. Alter Abas Argiuus fuit, filius Lyncei, eius qui fuit Aegypti. Hic Acriſium genuit, cuius filia Danae fuit, ex qua Perſeus natus, de quo H præſentem accipiunt Commentatores. Aut ut Lyrneſius heros.) Lyrneſus una ex undecim Troianis ciuitatibus fuit, quam Achilles cæpit, occiſo ibi Minete, & abducta Briſeide illius

A uxore, ut Homerus Iliad. 6. & Iliad. 7. Hanc ſub imperio Telephi aliquando fuiſſe, coq; Lyrneſium heroem à poeta hic dici, Commentat. uolunt. Sed hoc quia alibi apertè, ita nuſquam traditur. alij pro Lyrneſio, Cygneium legunt, ut de Tene intelligatur, Cygni filio, à quo Tenedos poſtea appellata fuit. Quanquam ipſa uerba neutrius ſanè hiſtoriæ ſatis conueniunt, quando de utroq; dicitur, Cæſus in æquoreas præcipit. aquas. Vnde B & hoc corrigentes quidam, legunt Clauſus, pro Cæſus. Vide annotationes Egnatij, & Conſtantij Fanenſis. Poterat autem idē hic locus etiam de Chalcodonte & Minete accipi, quando cæſorum mentio fit: niſi repugnaret, quòd illos nuſquam legimus in mare abiectos fuiſſe.

Aut Iouis infeſti telo feriare triſulco.
Vt ſatus Hipponoo, Doſithoesq; pater.
Vt ſoror Autonoes, ut cui matertera Maia eſt,
Et temere optatos qui malè rexit equos.
Vt ferus Aeolides, ut ſanguine natus eodem,
Quo genita eſt, liquidis quæ caret Arctos aquis.
Vt Macedo rapidis icta eſt cum coniuge flammis,
Sic precor ætherij uindicis igne cadas.

DOMI. Vt ſatus. Præſter Hippomenes filius, cum deos deteſtaretur ob patrem deiectum imperio, fulmine ictus cecidit. Doſithoes. Atrax cum filiam Doſithoen à Ioue compreſſam prodidiſſet, fulmine extinctus eſt. Vt ſoror. Semele ſoror Autonoes luce Iouis, quam decepta impetrauit, extincta eſt. Porphyrio filius Siſyphi, quod unus Lycophron ſcribit, cum Hyginus tradat Glaucum tantum Siſyphi filium fuiſſe, B impietatem paternam ſecutus in deos, fulmine ictus eſt. Eſt matertera, quoniam mater Ops huius mater, Maiæ ſoror fuit.

Et temerè. Phaeton impetrato curru à patre Phœbo, notiſſima fabula, radijs cum male regeret, combuſtus eſt. Vt ferus Aeolides. Salmoneus Aeoli filius, ut ſcribit Diodorus, ex Alodice genuit Tyro formoſiſſimam, quam amatam fuiſſe à Neptuno ſcribit Homerus, & Strabo, & Propertius: Vobiſcum candida Tyro. Vt ſan. † Menius Lycaonis filius conflagrante domo paterna, & Lycaone patre in lupum uerſo cum Ioue deteſtaretur, fulmine ictus perijt. Vt Macedo. Macedo nomen Macedoniæ dedit, cum uiro combuſta eadem flamma.

† Iſmenius

ZAR. Vt ſatus Hippomene. Nunc fulmine ictos memorat, & Præſterem dicit. Hippom. ex Atalāta filium, qui patrem interfecit, propter ſororem ab eo tam crudeliter occiſam, deinde à Ioue eſt fulminatus, ut uetus memorat interpres. Theſiphilesq; pater. Atrax Theſſaliæ rex, pater * Hippocratiæ, quam Pirithous duxit uxorem, primus apud Atracas artem tragicam docuit, unde Atracia ſciētia magica eſt appellata. ideo Statius, Atracia rubet arte labor. is igitur cum filiam eius Iupiter compreſſiſſet Theſiphilen, quæ etiā Thyon † eſt appellata: unde Ariſtarchus Thyades ſacrificantes Baccho dictas ait, & ab Orpheo Myſe nuncupata, & ob eam cauſam à ſe reieciſſet, Iouis ictus fulmine obijt. ut Lactantius & uetus interpres ſcribunt. [Atracis & alij meminerunt, & Stephanus de Vrbibus, qui filium Penei flu. dicit, ex Bura nympha: ab eoq; Atraciam urbem Theſſaliæ appellatam. Sed de Doſithoe (ſiue ut Zarottus legit, Theſiphile) præterquàm quæ hic citantur, aliàs nihil reperio. Fulmine autem perijſſe, traduntur, præter eos quorum mentionem Ouidius hic facit, cùm alij complures, tum & Aeſculapius, eo quòd Hippolytum in uitam reuocaſſet medicandi arte, & Erechtheus Atheniēſium rex, in bello contra Eumolpum & Thraces, Neptuni impulſu, ut Hyginus annotat. Item Orpheus, quorundam ſententia, quòd ſacrorum arcana euulgaſſet, ut Pauſanias in Bœoticis & Laertius tradidere. De hoc enim et Epigramma illud extat,

* Hippodamiæ

C

Θρήϊκα χρυσολύραν τῇδ' Ὀρφέα μοῦσαι ἔθαψαν,
ὃν κτάνεν ὑψιμέδων Ζεὺς ψολόεντι βέλει.

Quæ eò hic ſubijcio, ut lectori amplius cogitandi occaſio præbeatur.] Vt ſor. Aut. Semele Inus, & Autonoes ſoror, Cadmi & Harmoniæ filia, à Ioue compreſſa, Bacchum in uentre habuit. quod ægrè ferens Iuno, in anum ſe transformauit, & Semelæ perſuaſit, ut à Ioue peteret, ut cum ea, ſicut ſolet cum Iunone, concumberet, quod ſi non denegaretur, ab eo ſe amari cognoſceret, ſi minus id faceret, amorem fictum docuit. per Stygem paludē iuratus Iupiter, promiſit pellici, quod peteret daturum. quæ pernicioſi conſilij inſcia, Iunonis connubium experiri uelle dixit. Iupiter iureiurando aſtrictus, abnuere minimè, quin faceret, potuit: quare eam fulminauit. nil enim aliud Iuno interpretatur, quàm aer. Iupiter uerò ignis, qui aerem percutit. & ita dicitur concumbere cum Iunone Iupiter. habes autores, Ouid. in 3. Metam. & in 4. ac 5. hiſtor. Diodorum. Vt cui matert. Ma. eſt. Ait Porphyrius apud Hom. Hellanici hiſtorici teſtimonio in 1. Atlanticon, ex ſeptem Pleiadibus ſex cum deis, una cum mortali rem habuiſſe. Iouem quidem ex Taygete habuiſſe Lacedæmona, ex Maia Mercuriū, ex Electra Dardanum. Neptunum autem Alcyonem compreſſiſſe: unde Lycon natus. Martem cum Sterope coiuiſſe, unde Oenomaus genitus. Meropen uerò Siſyphum compreſſiſſe, unde Glaucus natus eſt. ergo cui matertera Maia eſt, Siſyphi filium dicit Porphyriū, qui cū deos deteſtaretur, Iouis fulmine occidit, cui matertera Maia eſt. hanc Simonides, ut inquit Proclus in Pindarum, Oriam appellauit. Meritò, inquit, quoniam in monte Arcadiæ Cyllene cōpreſſa Mercurium edidit. Et tem. opt. Phaeton Solis, & Clymenes filius, cum ab Epapho luſus & Ioue nato, degener dictus eſſet, per certiſſima ſigna id cognoſcere uoluit, matri iuranti, uerū Solis eſſe filium fidem non adhibens, quare in cœlum ad patrem ſe contulit, à quo, ut currum ſuum gubernaret, accepit: etſi eo inuito. nam inuiolabilem paludem iurauerat antea filio, quicquid peteret, cōceſſurum. uehebatur itaq; Phaeton equorum ignarus moderator per cœlum: quare equi deuiarunt. unde, ni Iouis præſtò fuiſſet auxilium, totus terrarum orbis comburebatur. nam Phaetontem fulmine occidit, qui in Eridanum fluuium decidit, quem ſorores flentes in electrum uerſæ ſunt, ut in 1. & 2. Met. Ouidius narrat. Vt f. Aeol. Salmonei Aeoli filij temeritatē in 6. Aeneid. Virg. cecinit. hic ſolium ſibi perforatum extruxit, in quo uehebatur, unde crepitus ingentes prodibat, & aquā per foramina emittebat, prædicans tonitrus & pluuias ut deus edere, quē Iupiter fulminauit. Vt ſan. n. eod. Iſmeneus Lycaonis in lupū mutati filius, patrē imitatus, deos floccifacere uoluit, ſed à Ioue fulminatus interijt, ut uetus ſcribit interpres. [Sed quid, ſi ipſum Lycaonē intelligas, qui cū tota domo fulmine cōflagrauit, idem poeta 1. Met. narrat: ut ſit ordo: Vt natus eodem ſanguine, quo Salmoneus, hoc eſt Lycaon, ex quo genita eſt Arctos, quæ car. lig. aquis: id eſt, Calliſto. hæc enim Lycaonis filia fuit, ipſe autem Lycaon Pelaſgi, qui ab alijs Neptuni, ab alijs Iouis dicitur. ut & Boccatius annotauit. à Ioue autem & Aeoli genus deducitur. Verùm hoc pro incerto relinquamus. Vt Mac. icta eſt. Macedo, ut in Iliade apud Homerum ſcribit Porphyrius, ſicuti Marſyas ſcribit hiſtoricus, Iouis & Aethræ filius, totā obtinuit Thraciam, à quo Macedonia eſt appellata. ex hoc duo nati ſunt filij ex muliere incola, quam ille ſibi aſciuerat Pyreus, & Emathus, à quibus duæ extructæ ſunt ciuitates in Macedonia, Pyrea & Emathia. hi duo cum uxore Macedo in proprio exuſti ſunt thalamo.

F G D H

Vt ſatus

MICYL. Vt ſatus Hipponoo.) Capaneũ intellige, qui in oppugnatio-
A ne Thebarum fulmine præcipitatus fuit, propter arrogantiam. θεοῦ τε γὰρ θέλοντος ἐκπέρσειν πόλιν, καὶ μὴ θέλοντος, dixerat, οὐδὲ τὴν Διὸς ἔριν πέδῳ σκήψασαν ἐμποδὼν σχεθεῖν. τὰς δ' ἀστραπάς τε καὶ κεραυνίους βολὰς, μεσημβρινοῖσι θάλπεσι προσεικάσειν, ut inquit Aeſchylus. Hic autẽ Hipponoi filius dicitur à Pauſania in Bœoticis, cuius uerba ſunt hæc, ἐρχομένῳ δ' ἐκ Πλαταιᾶς ἔσοδός ἐς τὰς Θήβας κατὰ πύλας ἐστὶν Ἠλέκτρας. καὶ ταύτῃ Καπανέα τὸν Ἱππόνου βιαιότερας ποιούμενον πρὸς τὸ τεῖχος τὰς προσβολὰς, βληθῆναι κεραυνῷ λέγουσι, &c. Item in Comment. Pindari, Ode 9. ubi & genealogia eiuſdem recenſetur hoc modo: πρῶτος μεγαπένθης, οὗ ἱππόνους, οὗ καπανεὺς, οὗ σθένελος. Et apud Hyginum in Catalogo ducũ, qui filium Hipponoi ex Aſtynome, Talai filia, Adraſti ſorore, dicit. Vt cui matertera Maia eſt.) Alij alios hoc loco, ego Iaſionem Electræ & Iouis filium, Dardani fratrẽ intelligo, qui quòd Cererem uiolaſſet, fulmine ictus traditur, ut Comment. Apollonij, ex Hellanico & Idomeneo autoribus annotat. Fuit autem Electra Atlantis filia, ſoror Maiæ. B

Prædaq; ſis illis, quibus eſt Latonia Delos,
Ante diem rapto non adeunda Thraſo.
Quiq; uerecundę ſpeculantem membra Dianæ:
Quiq; Crotopiaden diripuere Linum.
Ne'ue uenenato leuius feriaris ab angue,
Quàm ſenis Oeagri, Calliopesq; nurus.
Quàm puer Hypſipyles, quàm qui caua primus a(cuta
Cuſpide ſuſpecti robora fixit equi.

DOM. Prædaq; ſis illis. Imprecatur laniationem à canibus, qualis contigit Thraſo puero in Delo. Thraſus autem puer Dianæ dilectus à canibus diſcerptus eſt. Phœbi autem ira immiſſa eſt peſtilentia, qua, ut Deliaci
B liberarentur, ex oraculo canes eiecerunt. quam hiſtoriam paucis uerbis deſignauit Strabo, cum ait, Canes in Delo alere religioſum eſt. Legatur Thraſo rapto ante diem, hoc eſt immatura ætate. non autẽ ut alij interpretantur, Delos non adeunda ante diem, quod ſcilicet Thraſus templum ante lucem uoluerit ingredi: quod ridendum eſt. Quiq;. Actæon notiſſima fabula diſcerptus eſt à canibus. Probi ſententiam non laudo, qui ſcribit in Bucol. Virg. Aracynthium Actæum dictum eſſe ab Actæone. nam Actæus dicitur, quòd fines Atticæ attingat, ut littoralis. nam mari prominet. Quiq; Crotopiaden. Duo Lini fuerunt, uterq; poeta antiquior Amphimari, ut alij ſcribunt, Mercurij, & Vraniæ filius Calcidemis ſagitta Apollinis interfectus. alter Apollinis & Pſamathes filiæ Crotopi filius à canibus eſt diſcerptus. Crotopiades dicitur, quòd nepos ſit Crotopi. Pauſanias uerò ita ſcribit: Pſamathe, inquit, Crotopi regis Argiuorũ filia filium ex Apolline peperit, quem canes Crotopi à paſcuis redeuntes laniarunt. Ira-
C tus Apollo, monſtrum immiſit nomine Pœnam: hæc infantes ab uberibus rapiebat, & necabat. Corœbus eam ſuſtulit, Phœbus immiſit peſtem. Corœbus Tripodem ad oraculum detulit, deniq; eo mortuo, Megaris monumentum erectum eſt. Néue. Eurydice uxor Orphei filij Oeagri, & Calliopes ſerpentis dente icta mortua eſt. Quàm puer. Opheltes filius Lycurgi regis Nemeorum, qui poſtea Archemorus eſt dictus, dum parum diligenter ab Hypſipyle nutrice cuſtodiretur, ſerpentis morſu extinctus eſt. Quàm qui. Laocoon immiſſo telo in equum Troianum ligneum, ſerpentis morſu cecidit. Notum eſt carmen Virgilij, & Plin. refert pictum.

ZAR. Prædaq; ſis illis. Thraſus iuuenis à Latona dilectus, eius templum in Delo matutino adijt, & canes eum diſcerpſerunt, quare peſtis immiſſa eſt. Reſpõſum eſt ab Apolline, eam ſedari poſſe, ſi canes non admitterent, ut interpres uetus docet. Strabo addit religioſum eſſe in Delo canes alere. Quiq; uerecundæ. Ariſtæi & Autonoes Cadmi filius fuit Actæon, Ianthius etiam nuncupatus. Ouidius: Cum iuuenis placido compellat Hyanthius ore. Cum hic uenatione feſſus, in uallem Gargaphiam ſe recepiſſet, Dianam, cæteraſq; eius comites lauantes in fonte conſpexit. ne aũt id quãdoq; manifeſtaretur, in eius faciẽ Diana aquã è fonte proiecit, inquiens, Nunc tibi me poſito uiſam uelamine narres,
D Si poteris narrare licet: ſubitò namq; in ceruum eſt conuerſus, & à proprijs canibus eſt laceratus. in 3. Met. abundè & feſtiuè hanc habes fabulã. [Hyanthius gentile nomẽ apud Ouid. nõ propriũ. Hyantes enim populi uetuſtiſſ. Bœotij fuere, ut Pauſan. & alij.] Quiq; Crotopiaden. Crotopus rex Argiuorum fuit, qui Apollinem Typhonis cæde pollutum expiauit, huius filia Pſamathe, cũ qua Apollo concubuit: de quo compreſſu genuit Linum, ac mox editum partu expoſuit. quod Apollo indignanter accipiens, in ſuæ iniuriæ uin- F
dictam iniecit monſtrum, à quo infantes per urbem paſſim abſumebantur, etiam à ſinu matrum direpti. quod monſtrum delecta iuuentute Corœbus occidit, ut in 1. Theb. Statius narrat. [De hoc Lino Apollinis & Pſamathes filio, Crotopi nepote, Pauſaniam uide in fine Atticorũ, & in Corinthiacis. De altero Amphimari, eius qui ſint Neptuni & Vraniæ, filio, qui ab Apolline ſagittis confixus fuit, eo quòd ſe illi arte Muſices comparaſſet: & de tertio huius filio, quem Hercules adhuc puer interfeciſſe dicitur, idem Pauſanias in Bœoticis.] Néue uenenato. Orpheus Apollinis & Muſæ Calliopes filius: ſiue ut alij, Oeagri, muſicus egregius, uxorem habuit nomine Eurydicen, quam unicè dilexit. hanc ad ripas Hebri fluminis in Thracia ſpaciantem cum Dryadibus Ariſtæus paſtor uiolare uoluit, ea fugiens pede ſerpentem calcauit, qui reuolutus in eam uenenato morſu interemit. unde Orpheus ad inferos iuit, ibidemq; Plutonem & Proſerpinam adeò cantu mulſit, ut ipſam impetrauerit: hac tamen conditione, ne eam, quouſq; ad ſuperos perueniſſet, reſpiceret. non potuit ſe Orpheus abſtinere, quin dilectam coniugem reſpiceret. quare rurſus ad inferos eſt ducta. cœlibem ex eo Or- G
pheus uitam agere conſtituit: quo fit, ut multas mulieres eius petentes nuptias ſpreuerit. poſtremò à mulieribus orgia Bacchi celebrantibus lapidibus occiſus eſt, cuius caput à ſerpente penè comeſum, in ſaxum ab Apolline dicitur mutatum, ut Ouidius in decimo & undecimo Metamorph. & in quarto Georgicor. Virgilius, aliiq; plures ſunt autores. Quàm puer Hyſipyles. Lemnias Hypſipyle, quoniam Thoanti patri pepercerat, ab omnibus Lemniadib. mulieribus perſecuta, in fugam ſe dedit, quæ capta ad Lycurgum Græciæ regem ducta eſt, qui filium Opheltem ei nutriendũ dedit. cum aũt ſeptem reges Thebas excidẽdas peterent, ubiq; fontes & flumina ſunt ſiccata, Langia fonte excepto, quam rogantib. regibus Hypſipyle oſtẽdit, depoſito quẽ ſinu habebat puero Ophelte, qui interim à dracone eſt interẽptus. qua orbitate Lycurgus iratus, dirum ius in Hypſipylẽ exercuiſſet, ni à Græcis fuiſſet prohibitus. dictus eſt idem Opheltes Archemorus: nomen enim lacrymabile Archemorus, eo quòd primus occiſus eſt. at cum ab oraculo admoniti eſſent Græci, nõ prius Thebas poſſe peruenire, quã Archemori manes placaſſẽt, H
ludos funebres cõſtituerũt, de quib. uictores apij corona inſigniebãtur, et ludi poſtea celebres ex 4. agonib. Iſthmij, Stat. et Lact. et pleriq; alij aut. Quã q. c. p. a. Ingentẽ equũ Græci Troiano bello cõſtruxerunt, quẽ armatis militib. implerũt, et ante Troiã

A *ſimulato in patriam reditu, reliquerunt. cum Troiani à Sinone Graio perſuaſi in honorem Palladis extructum, intra urbis mœnia receperũt. etſi antea ſacerdos Laocoon Neptuni, inſidioſum equum eſſe ſonitu armorum, quem percuſſerat telo, indicauerat. hunc Neptuno ſacrificantẽ duo angues abſumpſerunt, pariter & duos filios, eo quòd æquum læſerat, ut in 3. Aeneid. Virgil. oſtendit. ſed non ueram eſt ſecutus hiſtoriam. Virg. commentum potius, ut Troianos excuſaret, ſi Seruio credimus, qui Lacoontem, Euphorionis teſtimonio, Neptuni ſacerdotem fuiſſe tradit, qui poſt Græcorum aduentum lapidibus occiſus eſt, eo quòd ſacrificijs eorum nõ prædixerit aduentum, pòſt abſcedentib. Græcis, cum Neptuno ſacrificare uellent, Laocoon Thymbræi Apollinis ſacerdos ſorte ductus eſt, ut proprio carẽte ſacerdote, de more fieri ſolet: hic piaculum commiſerat ante numinis ſimulacrum cum uxore coeundo. quare draconibus immiſsis, unà cum filijs perijt.* E

MICYL. *Vt Macedo rapidis, &c.) Macedo, legendum puto nominatiuo caſu, ut ſit fœmininum. Nam Macedon uiri nomen eſt, Iouis & Thyæ, eius qui fuit Deucalionis, filij, à quo Macedoniæ nomen. Quanquam equidem, quæ nam hæc Macedo fuerit, & quo modo perierit, alibi nondũ legi. Ante diem rapto non adeunda Thraſo.) Thraſus, ſiue ut alij, Thaſus, Anij ſacerdotis filius fuit, de quo apud Hyginum ita legitur: A canibus conſumpti ſunt, Actæon Ariſtæi filius, Thaſus Delo, Anij ſacerdotis Apollinis filius, ex eo Delo nullus canis eſt, &c.*

Ne'ue gradus adeas Elpenore cautius altos,
 Vimq́ feras uini, quo tulit ille modo.
Tamq́ cadas domitus, q̃ quiſquis ad arma uocantẽ
 Iuuit inhumanum Thiodamanta Dryops.
Quàm ferus ipſe ſuo perijt mactatus in antro,
 Proditus incluſæ Cacus ab ore bouis.
Quàm qui dona tulit Neſſæo tincta ueneno,
 Euboicasq́ ſuo ſanguine tinxit aquas.
Vel de præcipiti uenias in tartara ſaxo:
 Vt qui Socraticum de nece legit opus.
Vt qui Theſeæ fallacia uela carinæ
 Vidit, & Iliaca miſſus ab arce puer.

DOM. *Neue. Elpenor Vlyſſis ſocius, cum madidus ageret apud Circem, ſcalarum occaſu occubuit. Longum extat de hoc Homeri carmen. Quod* B *autem aut in ſuem fuerit conuerſus, aut ſe de turri deiecerit, fictum eſt nulla autoritate.*

Tamq́;. Thiodamas hoc loco parum diligenter expoſito à nonnullis in unam hiſtoriæ ſpeciem fingitur. Fuit autẽ Thiodamas (ut docet interpres Apollonij) Dryopum populorum rex, à quo cum Hylus Herculis filius cibum petijſſet, Herculis illac iter faciẽte, illeq́; negaſſet, iratus Hercules, Thiodamantis boues mactatos ſibi appoſuit, & ſuis. quam iniuriam cum Thiodamas ulciſci uellet, educta Dryopum manu, in Herculem impetum fecit. qua in pugna tanto diſcrimine laborauit, ut Deianiræ uxoris auxilium petere coactus ſit, uulnusq́; ac- C *ceperit in mamilla: mox Dryopes domitos fuſosq́; in Trachiniam coloniam duxerit, rapto tunc Hyla Thiodamantis filio formæ præſtantia captus. inde Thiodamantides dicitur à patre Thiodamante. Dryops. Hic pro populo accipitur Dryops, alioquin, teſte Ariſtot. & Arcadiæ nomen Dryopiæ. Cacus. Vulcani filius ab Hercule domitus in monte Auentino ob armenta Herculis ſurrepta, notum eſt Virgil. carmen. Diodorus uerò hunc Lacinium nominat. Quàm qui dona. Lichas uenenatã tunicam Herculi attulit, à quo in mare Euboicum deiectus eſt.*

Vel de. Theombrotus, cuius ignorantia alij interpretes nouã confixerunt fabulam, cum Platonis opus de animorum immortalitate legiſſet, ex Ambraciæ patriæ ſuæ promontorio immortalitatis animi ſtudio ſeſe proiecit. autores ſunt Cic. in Tuſculanis quæſtionibus, Callimachus etiam nobili epigrammate, & Lactant. Vt q. T. Aegæus Theſei pater, cũ reuertentis filij uela nigra ex arce proſpexiſſet, mortuũ putauit, dolorèq́; ſeſe præcipitauit ex alto. ab hoc mare Aegæũ nonnulli dictum putant à Plinio diſcedentes, qui hanc appellationem deducit à quibuſdã inſulis, quæ in medio Aegæo mari ſurgentes formam caprinam conficiunt. nam Aegæum caprinum ſignificat. Iliaca. Aſtyanactem Hectoris filium Vlyſſes ex turri præcipitauit, ardente Troia. extat de hoc carmen in Metam.

ZAR. *Né ue gradus adeas. Ad Circẽ Vlyſſes quandoq́; peruenit,* D *quæ cum diu eſt morata, ubi Elpenor unus ex focijs nimio uino per ſcalas deſcendens, collum dicitur fregiſſe. autor Hom. in Odyſſea. Tamq́; c. d. Thiodamantis cædes ab Hercule facta, hoc modo habet, Poſtquam Hercules duxerat coniugem Deianiram Oenei filiam, diuerſabatur, Calydone apud Oenea, in conuiuio fortè * Condillum Architelis filiũ Ornei pincernam, quoniam ei manibus fœdam aquam infuderat, cum percuſsiſſet, inde cum uxore abiuit Deianira, ſecum etiã Hyllum filium abducẽs. cumq́; perueniſſet ad Euenum fluuium, Neſſum centaurum occidit, ut memorat Archilochus.* F *hinc cum in Dryopiam perueniſſet Hyllo puero famelico, eum cum Licha pædagogo ad Thiodamantem miſit, ut exiguum cibum præberet. qui cum abnuiſſet, rapto uno boue ab Hercule multatus eſt, quem ſacrificauit, ac deinde comedit. Thiodamas autem ad Dryopum ciuitatem ſe contulit, eosq́; ad bellum excitauit aduerſus Herculem, qui inita pugna ad tantam perductus eſt difficultatem, ut etiam uxorem obarmare coactus ſit, ipſe uerò in mamilla ſaucius fuerit, qui poſtremò Thiodamanta ſuſtulit, & eius filiam Hylam excepit, & gentem hanc uniuerſam duxit Trachinam Theſſalicam ciuitatem habitandam, & Oetam montem accolere compulit, Phocidos abſtulit, & iam partem illinc propter latrocinia (erat enim gens ſuapte natura latrocinijs ſtudens, quemadmodum Pherecydes in 4. refert hiſt.) idq́; inſuper addit Pherecydes, quòd Polydora Danai filia ex Peneo fluuio peperit Dryopa, à quo Dryopes appellati qui Sperchiũ fluuiũ accoluerunt. huiusq́; rei meminit etiã Calli-* G *machus. aiuntq́; nonnulli, propterea quòd omnibus malis hominibus adiutores adiungebant ſe ſocios amouiſſe Herculis, ſicut & Thiodamanti ſuccurrerant, & hac oblata occaſione in eos Herculem animaduertiſſe. alij autem ferunt Parnaſſum montẽ Dryopas accoluiſſe, inſignis improbitatis homines, & ab Hercule debellatos, traductosq́; fuiſſe in Peloponneſum. Dryopas uerò appellatos à Dryope Lycaonis filio, & Diæ, quæ filia fuit Lycaoniæ. Hæc ex Apollonij didicimus interprete. Quàm f. i. ſuo. Cacus Vulcani filius, ex Hercul. armentis duos boues dicitur furatus, quæ ex Hiberia interfecto Geryone abduxerat Euryſthei regis iuſſu, eaſq́; in antrũ Auentinũ, quod incolebat, auerſas, ne ueſtigia furtũ manifeſtarẽt, traxit: quibus fruſtra diu quæſitis, Hercules iter capere decreuit. Fortè autẽ bos ex antro mugitũ dedit aliarũ boum illecta uoce. quare reuerſus Hercules fraude Caci detexit, quem ex ore flammas euomentẽ, et ei ne boues reciperet renitentẽ interfecit, & ſumptis bob. abijt.* H *Quàm q. d. t. Ex Euboea Hercules in montẽ Ceneon ſacrificaturus ſe contulit, & Licbã domeſticũ ad Deianirã uxorẽ in Thrachinã miſit,*

**Cyathum. Nam κονδύλῳ, quod in Comment. Apollonij legitur, appellatio eſt, ac talitrũ ſignificat, cuius ictu Cyathũ interfecerat Hercules.*

A miſit, ut ueſtem, quã in ſacris uti conſueuerat, afferret. cui Deianira uenenatā tunicam dedit, qua indutus, mori coactus eſt, antea tamē Licha ueſtis lætiferæ latore, in Euboicum ſinum præcipitato, qui ſcopulus eſt effectus, & nomē etiam ſeruat. Licha enim dicitur. Huius ſuperius rei ad ſaturitatem meminimus. [Et extat de eadem re fabula Sophoclis.] Vel de præcipiti uenias in t. Cleombrotus Ambraciotes, Platon. li. de Anim. immortalitate, qui Phædon inſcribitur, perlecto, è turri in ſaxa præcipitem ſe dedit. Cicero autem libro primo in Tuſculanis quæſtionibus, in mare eum, ſcribit, ſe præcipitaſſe. Vt qui Theſ. Iuſſerat Theſei pater Aegeus, ut alba uela, ſi incolumis à Minotauro reuerteretur, poneret: ſin uerò abſumptus eſſet, nigra, ut Plutarchus ſcribit. Minotauro autem interēmpto, præ lætitia Theſeus uela B mutare oblitus eſt, quibus ex alta turri ab Aegeo conſpectis, exiſtimante filium deuoratum, in mare ſe proiecit: unde & nomen habet, ut multi tradunt. Plinius uerò Aegæum mare dictum affirmat à ſcopulo inter Tenedum & Chium, Aegæo nomine, à ſpecie capræ, quæ ita à Græcis appellatur, repentè in medio mare exiliens. Et Iliaca miſſus ab arce puer. Scamander Hectoris filius, qui mortuo patre, dictus eſt Aſtyanax, quia ei urbis deueniebat imperium: hunc Vlyſſes, capta Troia, Græcis interficiendū perſuaſit, ne Troianorū quandoq; ultor eſſet. quare ex alta turri eſt præceps miſſus. Hom. eſt autor, & in Tragœdijs Seneca.

DOMI. Nutrix. Ino Semeles ſoror cum Amantis uiri furorem fugeret, è ſcopulo ſe dimiſit in mare: hæc nutriuit Bacchum. Papinius: Quid te poſt cineres, decerptaq; funera matris, Tutius Inoo raptantē pectore Bacche.
B Vt cui cauſa. Perdix Dædali nepos ex ſorore cum ſerram & circinū ingenio ſuo adinueniſſet, Dædali inuidia deiectus ex turri, in auem ſui nominis eſt conuerſus. Plinius tamen in 7. ſerram à Dædalo inuentam fuiſſe affirmat. Lydia.

Vt teneri nutrix, eadem matertera, Bacchi,
Vt cui cauſa necis ſerra reperta fuit.
Lydia ſe ſcopulis ut uirgo miſit ab altis:
Dixerat* inuito quæ mala uerba deo.
Fœta tibi occurrat patrio popularis in aruo:
Sitq; Paphageæ cauſa leæna necis.
Quiq; Lycurgiden lacerauit & arbore natum:
Idmonaq; audacem, te quoq; rumpat aper.
Iſq; uel exanimis faciat tibi uulnus, ut illi
Ora ſuper ſæui quem cecidere ſuis.
Atq; idem, ſimili quem pinus morte peremit,
Venator Phrygia, ſiſq; Berentiades.
Si tua contigerit Minoas puppis arenas,
Te Corcyreum Creſsia turba petat.

*inuicto

rem eum etiam ſcribit, & rotæ, qua figuli utuntur. quare à Dædalo occiſum, & ſepultum. quo percepto facinore ab Areopagiticis homicidij damnatū, in Cretā ueniſſe. Plin. in 7. Nat. hiſt. lib. Dædalum ſerræ in- F uentorem affirmat.
Lydia ſe ſcop. Dianæ auxilio potiri Mars nō potui Ilice Ibyci Lycij filia quam deperibat, ea etiā in Deum multa dixit opprobria: quare commotus Mars, patrē occidit amatæ: cuius morte puella dolēs, è rupe ſe deiecit,

Mars Ilicen Ibyci Lydij filiam amauit, quæ tuta Dianæ auxilio dum amores Martis contemnit, diris imprecationibus in furorē acta ſe dimiſit è ſcopulo. Fœta. Paphages Ambraciæ rex cū incidiſſet in leænam catulis ſtipatam, in hortis ſuis ab ea eſt dilaniatus. Quiq;. Lycurgus Butem fratrem habuit, autore Diodoro, eiuſdemq; nominis filium, quem ex arbore detractum aper C lacerauit. Idmona. Idmon, autore Apollonio, cum in Argonauticam expeditionem ultimus ueniſſet (ſciebat enim ut uates ſe in ea periturum) in Bithynia ab apro eſt diſcerptus. Iſq; Iſq; uel. Thoas, ut nonnulli ſentiunt, ut Diodorus autem tradidit, quidā ignoto nomine in agro Poſsidoniatarū in regione Andragathia, quæ, cum uenatione excelleret, captarumq; ferarum capita, & pedes Dianæ uouiſſet, capto ingenti apro, ſolum caput arbori appendit, dea contempta. mox cum eodem loco dormiret meridiano æſtu, ſolutū apri caput, dormiētis os oppreſsit.
Atq; idē. Atys, & Nauclus pinei pomi caſu dormiētes in uenatiōe obruti ſunt. Socij. Minois regis interfecti in Sicilia iniuriā ulciſcētes, quicūq; ex Sicilia in Cretā nauigarūt, interficiebāt.
ZAR. Vt ten. nut. Semelem Bacchi matrem fuiſſe docuimus, eiuſq; ſororem Ino Athamantis uxorem, quæ Bacchum nutriuit, & ſe in mare uiri fugiens furorem, unà cum filio Palæmone proiecit, quos à Neptuno deos factos ſuperius abundè oſtendimus. Matertera. inquit Feſtus, matertera patris & matris mihi magna mater eſt: matertera, matris ſoror, quaſi mater altera. Vt cui cauſa necis. Perdix Dædali ex ſorore nepos, duodecimum agens annū, ſerram in exēplum ſpinæ in medio piſcis adinuenit. quare ait Ouid. in 8. Met. Dædalus inuidit, ſacraq; ex arce Mineruæ Præcipitem miſit, lapſum mentitus: at illum Quæ fauet D ingenijs excepit Pallas, auemq; Reddidit, & medio uolitauit in aere pennis: quæ auis perdix nunc quoque nuncupatur. in quinto autem Diodorus non Perdicem hunc, ſed Talum appellat: ſerram ſerpentis dentium ſpiſſitudinem imitatum fuiſſe: reperto-

ut uetus ſcribit interpres. Fœta tibi occur. Paphagus Epiroticus Ambraciæ dicitur dominatus, qui cum in agrum non procul ab urbe ſe contuliſſet, leænæ catulos ſuos ferenti obuiauit, à qua eſt dilaniatus, ut uetus interpres eſt autor. Leæna. Maſculina in on terminata, faciunt in æna fœminina, penultima cū æ diphthōgo: ut, dracon, dracæna: Lacon, Lacæna: ita leon, leæna. nam leo facit lea, more latino: ſicut leno, lena, ut latinorū pariter & græcorū grammaticorū eſt opinio. Quiq; Lyc. Butes, qui & filium eiuſdem nominis habuit, in uenatione ab apro eſt enecatus, ut uetus ſcribit interpres, Diod. innixus autoritate. G
Idmonaq; audacem. Idmon Apollinis & Pheretiæ filius. Pherecydes uerò dixit Aſteriæ, quæ filia fuit Coroni & Apollinis. Idem Pherecydes ait Idmonis uxorem fuiſſe Laothoen, Laothoes Theſtora, Theſtoris Calchantem. alij Abantis illegitimè natum. Hic unà cum Argonautis Argon nauim conſcendit. Cumq; aliquantum à ſocijs ſeceſsiſſet, ab apro occiſus eſt, ut Orpheus & Apollonius teſtantur. [Reliqua uide in Annotationibus Egnatij.] Iſq; uel exanimis. Solebat Thoas uenator arboribus capita ferarum affigere. Quadam fortè die apro interfecto, Dianā fertur allocutus, qui ſub ea in qua erat præda poſitum arbore caput de more ſopore feſſus iacens, à capite apri eſt interemptus. Autor uetus interpres. [Vide Diodorum libro quinto, capite de Herculis laboribus. Ibi enim leguntur, quæ ſuprà Domitius allegat.] Atque idem, ſimili. Atys in Berecyntho monte, ubi Cybeles ſacra fiebant, cum uenaretur, laſsitudine oppreſſus, ſub pinu ſomnum capiens, illius arboris perijt pomis, ſicut interpres uetus exponit. Si tua contigerit. Rege Minoe, ut ſuperius expoſuimus, à Cocalo in Sicilia interempto, eius Cretenſes oſſa in patriā tranſportarunt, ac H tempeſtate in Corcyrā inſulā uenerūt, qui malè à Corcyreis tractati, quoſcūq; eorū in Cretam uenientiū in uindictā occidebāt. Si uerò legas Corcyreum, oppidū in Sicilia Corcyreū, ubi malè habiti

A *habiti ſunt Cretenſes, qui deinde, ut meritas redderent uices, in Creta inuenti necabantur, ut uetus eſt autor interpres.* [*Corcyreum rectè puto legi. Nam locus Siciliæ, ubi Minos & Cretenſes à Cocalo & eius filiabus male accepti fuere, Camicus ab autoribus dicitur, ut in Comment. Pindari 4. Nemæorum. Bellum autem Corcyreum cum Cretenſibus fuiſſe aliquando, etiam ex Pyrrho Plutarchi patet.* Et Talum, *ferreum cuſtodem Cretæ, Medeæ incantationibus, quæ nuper ex Corcyra uenerat, interfectum, Apollonius tradit libro 4. quod & ipſum odium aliquod inter hos inſulares generaſſe, uideri poſſet.*]

MICYL. Quiq; Lycurgiden lacerauit, & arbore natum.) *Hunc locū Codrus explicat in 1. Sermonum, & poſt eum Egnatius, & Fanenſis in Annotationibus. Intelligitur autem Ancæus Lycurgi et Antinoes filius, Arcas, de quo Pauſanias in Arcadicis ita ſcribit:* μετὰ δὲ ἀλεὸν τελευτήσαντα, λυκοῦργος ὁ ἀλεοῦ τὴν βασιλείαν ἔσχε. γενομένων δὲ αὐτῷ παίδων ἀγκαίου τε καὶ ἐπόχου, τὸν μὲν νοσήσαντα ἐπιλαμβάνει τὸ χρεών. ἀγκαῖος δὲ ἰάσονί τε τοῦ πλοῦ μετέσχεν ἐς κόλχους, καὶ ὕστερον ὁμοῦ μελεάγρῳ τὸ ἐν καλυδῶνι κατεργαζόμενος θηρίον, ἀπέθανεν ὑπὸ τοῦ ὑός, &c. *Illud obiter notandum quoq;, in Aldinis legi, letauit, pro lacerauit, à leto uidelicet quod mortem ſignificat.* B Et arbore natum.) *Arbore natum, Adonin intellige. Is enim ex Myrrha in arborem conuerſa natus traditur. Cuius fabulæ & Fulgentius meminit in Mythologicis. Fuit autem & hic ab apro percuſſus in uenatione, cuius fabulæ & Aphthonius meminit in Præexercitamentis.*

Atq; idem, ſimili pinus quem morte peremit Venator Phrygia.) *Ita quidem pleriq; codices habent, cum tamen nomē Phrygia, ſiue nominatiuo ſiue ablatiuo caſu ponatur, meritò ſuſpectū eſſe debebat. Nam ſi de uenatore Phrygio aliquo accipiendum, legendū Phrygius, uel Phrygiæ certè fuerat. Exponūt aūt commentatores hunc locū de Aty. quod ſi uerè ſit, de alio quàm de eo qui à Cybele amatus fuit, intelligendū uidetur. Illud enim & Nicandri interpres, & Pauſan. in Achaicis, ab apro percuſſū, interiiſſe tradunt. Diodorus autem etiam iuſſu patris Cybeles, quam ipſe impręgnarat, occiſum dicit. Itaq; & hic amplius quærendū. Fuit autē & alius Atys, Crœſi filius, qui & ipſe in uenatiōe apri periit, ſed ab Adraſto comite, per errorē, dū aprū petit, haſta trāsfixus. de quo Her. li. 1. Sed hoc nihil ad rem præſentē.*

DOMI. Lapſuram. *Alcidice Alebæ Lariſſæi filia cū* B *uiro Lycoride eadem domus ruina obruta eſt.*

Vtq;. *Euenus, ut apud unū Homerum reperio, Euſtathio interprete, cū Marpiſſam filiam pulcherrimam haberet, eam poſcentes in uxorem, in certamen curule prouocabat, eorum qui uicti eſſent, capita foribus affigebat, ut reliquos à contentione deterreret. Idas autem qui*

Lapſuramq; domum ſubeas, ut ſanguis Aleuæ,
Stella Lycoridæ cui fuit æqua uiro.
Vtq; uel Euenus torrenti flumine merſus,
Nomina des rapidæ, uel Tyberinus aquæ.
Hyrtacidæq; modo defixa cadauera trunco
Digna * feras hominis ſit caput eſca tuum.
Quodq; ferunt * Broteum feciſſe cupidine mortis,
Des tua ſuccenſæ membra cremanda pyrę.
Incluſuſq; necem cauea patiaris, ut ille
Non profecturæ conditor hiſtoriæ.
Vtq; repertori nocuit pugnacis Iambi,
Sic ſit in exitium lingua proterua tuum.

* feris
* Broteam

ueni, Comment. Homeri tradit Iliad. 9.] Nomina des rap. *Tyberinū regē dicit, qui fluuio merſus, ei nomē dedit, ut iam oſtendimus.* F Hyrtacidæq; m. *Hyrtacidæ duo fuere, alter ab Hom. Aſius dictus, alter à Virgilio Euryalus Hyrtaci filius, qui noctu hoſtium caſtra ingreſſus, multos enecauit: ipſe uerò captus, eſt interfectus, caputq; haſta ad Iuliū Aeneæ filium delatū. Virg. eſt autor.*

Apharei filius ferebatur, cū eſſet Neptuni, acceptis à patre equis uelociſſimis, Euenū ſuperauit, Marpiſſam filiā abduxit uxorē. Euenus autē præ dolore ſe in Lycormā Aetoliæ fluuiū demerſit, cui dedit nomē. Nam ex illo eſt appellatus Euenus. Vel Tyb. *Tyberis à Tyberio rege immerſo nomē accepit. uulgata hiſtor.*

C Quodq;. *Broteus Vulcani & Mineruæ filius propter deformitatē oris contemptus, ſe in pyram ardentē coniecit. Alio nomine Erichthonius dicebatur. ab Homer. Broteus, ut ſcribit Euſeb.*

Incluſus. *Cherilus rex Alex. malus ſcriptor inedia mori eſt coactus à rege, ut aiunt.* Vtq; rap. *Archilochus cum Lycamben Iambico carmine inuecto, ad laqueum compuliſſet, ab illius domeſticis necatus eſt.*

ZAR. Lapſuramq; d. *Laryſſæi filia Alebæ domus dilapſæ ruina diem extremū finiuit, unà cū marito Lycoride, totaq; domo, ut uetus tradit interpres.* Stella. *Secutus poeta Aegyptiā opinionem, æqua ſtella dixit. nā Aegyptii fata in ſtellis eſſe credebāt.*

Vtq; u. E. *Euenus poeta in Lycormā fluuiū decidit, cui & nomen dedit, ut uetus narrat interpres. Euenus etiā Martis filius Aetoliæ rex Marpiſſam formoſiſſ. filiā habuit, teſte apud Ho. Porphyrio, quā poſcentes ad curule certamē prouocabat, uictorumq; capita forib. affigebat. Idas aūt Apharei filius reuera Neptuni, à patre ſibi equos ſumēs uelociſſimos, puellā rapuit: quem cū Euenus perſequeretur, cōprehendereq; nō poſſet, equos, quos habebat, iugulauit. ſeq; in Lycormā demerſit, qui ab eo Euenus* D *eſt appellatus. Fugiente aūt Ida periculū, occurrit Apollo, puellam ei rapere uolens. Cumq; ad pugnā conueniſſet, Iupiter Mercurium miſit, ut ſibi, quem uellet, eligeret puella. hæc Idam accepit, uerita ne ſeneſcentem eam Apollo reiiceret.* [*Fabulam E-*

Quodq; ferunt Br. *Broteus Iouis filius à ſua turpitudine nomen habuit, quare immortalitatem aſſequi non ualuit: unde præ dolore, & quia ſe contemni uidebat, in ardente pyra mori uoluit, ut uetus tradit interpres. Alii hunc Vulcani, & Mineruæ filium perhibent, & Erichthonium etiam appellatum.*

Incluſuſq; n. c. *Duplex hoc loco hiſtoria conſtat. nam uetus ſcribit interpres, Calliſthenem Magni Alexandri ineptè com-* G *plexū hiſtoriā quare in cauea detruſum, inedia periiſſe. Alii uerò tradunt in Alexandrum hunc ſcripſiſſe, & ideo fame obiiſſe. Cherilus etiam intelligi poſſet, qui teſte ſuper poetica Horatii Porphyrione, adeò incomptè Alexandri geſta carmine deſcripſit, ut eius ſeptem tantum uerſus ſint approbati. Fertur Alexander dixiſſe, mallem apud Homer. Therſites haberi, quàm apud Cherilum Achilles. Addit etiā Acron ſuper eodem Horat. loco, Cherilum cum Alexandro pactū, ut ſi bonum uerſum faceret, aureo nomiſmate donaretur: ſi malum, colaphis feriretur: qui ſæpe maledicendo, colaphis nectus eſt.* Vtq; r. n. *Archilochus Lacedæmonius iambici carminis inuentor fuit: licet affirmet Ariſtoteles multo antea genus carminis fuiſſe, qui Tulli Hoſtilii temporibus extitit, cui ſummam elocutionis uim fuiſſe in decem Oratoriarum inſtitutionum Quin. tradit, carminis ab eo in Lycambē ſocerum, & filiam Neobolem editi maledicentia, ambos laqueo obiiſſe certum eſt. ipſe poſtea, quia nimis ſeuerè ſcripſerat, à Lacedæmoniis eſt exulatum miſſus, & liber eius reie-* H *ctus, ut de ſeueritate Valerius docet. Plin. autem in 7. ait: Archilochi poetæ interfectores Apollo arguit Delphis: ex quibus uerbis Archilochum occiſum coniectamus.* Lingua proterua tuum. *Proteruus declarat quandam laſciuam libidinem cum in-*

iuria

A iniuria in dictis & factis. Proteruia uerò apud ueteres ſacrificiũ fuit. in eo mos erat, ut ſi quid ex epulis ſuperfuiſſet, igne conſumeretur, ſicut apud Macrobium in Saturn. legimus.

MICYL. Lapſuramq; domum ſubeas, ut ſanguis Aleuæ.) Videtur poeta hiſtoriam Simonidæ ſignificare uoluiſſe, cuius meminêre Suidas & Valerius Max. lib. 1. cap. de Miraculis. & Cicero item lib. 2. de Oratore. huius uerba ſunt hæc: Dicunt enim cum cœnaret Cranone in Theſſalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem, & nobilem, ceciniſſetq; id carmen, quod in eum ſcripſiſſet, in quo multa ornandi cauſa poetarum more in Caſtorẽ ſcripta & Pollucem fuiſſent, nimis illum ſordidè Simonidi dixiſſe, ſe dimidium eius, ei quod pactus eſſet pro illo carmine daturũ: reliquum à ſuis Tyndaridis, quos æquè laudaſſet, peteret, ſi ei uideretur. Paulopòſt ferunt eſſe nunciatum Simonidi, ut prodiret: iuuenes ſtare ad ianuam duos quoſdam, qui eum magnopere euocarent. ſurrexiſſe illum ipſum, prodiße, uidiſſe neminem. Hoc interim ſpacio conclaue illud, ubi epularetur Scopas, concidiſſe: ea ruina ipſum oppreſſum cum ſuis interijſſe, etc. Fuit enim Scopas Aleuæ ſanguis, hoc eſt, ex illius progenie, Creontis & Echecratiæ filius, ut interpres Theocriti tradit. Per ſtellam ergo Caſtorem & Pollucem, qui Geminorum ſidus conſtituunt, intelligo: per Lycoridem autem uirum, Simonidem. tametſi huius appellationis certam rationem non habeam, cum patrem Simonidis apud Suidam quidem, Theoprepem, apud cæteros autem Ariprepem uocari ſciam, ut in Epigrammate de nouem Lyricis,

> ἠδὲ σιμωνίδεω κἀν δωρίδι λαλεῦντος
> τὸν πατέρ' αἰνύσας ἴσθι ἀριπρεπέα.

Itaq; cum multi hoc nomine fuerint, dubito, utrum unius nomen pro altero poſitum ſit. Nam & Suidas alterum Simonidem Antiochi res geſtas ſcripſiſſe, alterum Lyricum fuiſſe dicit: cum tamen eidem, & de Scopa ſcripta, & de Antiocho, Theocritus

E aßignare uideatur. Aut certè Lycoridæ nomen aliunde q̃ à parente tractum. Incluſusq; necem cauea.) De Calliſthene intellige, rerum Alexandri magni ſcriptore, de quo Suidas, καλλισθένης δαμοτίμου, οἱ δὲ καλλισθένους, ὀλύνθιος, μαθητὴς ἀριστοτέλους καὶ ἀνεψιαδοῦς, ὃν ἐκέλευσεν ἕπεσθαι ἀλεξάνδρῳ τῷ μακεδόνι. ὁ δὲ ἐν γαλεάγρᾳ σιδηρᾷ βαλὼν, ἀνεῖλεν, ἅμα νεάρχῳ τῷ τραγικῷ, διότι αὐτῷ συνεβούλευε μὴ ἐπιζητεῖν ὑπὸ ἀθηναίων καλεῖσθαι δεσπότης. τινὲς δὲ αὐτὸν ὡς ἐπιβουλεύοντα ἀλεξάνδρῳ ἀνῃρῆσθαί φασιν, ἅμα νεάρχῳ. ἦν δὲ εὐφυὴς πρὸς τὸ αὐτοσχεδιάζειν, καὶ ῥύμῃ πολλῇ φέρεσθαι. καὶ φέρεται λόγος, ὡς ὁ καλλισθένης ὑπὸ φθειρῶν ὑπερβλύσεως καὶ ἐκβράσεως τὸν βίον καταστρέφει. Iuſtinus autem addit, etiam canem unà cum illo in cauea incluſum, truncatum antea crudeliter membris, abſcißisq; auribus ac naſo illius. Vide lib. 15. Annotarunt autem de eodem Egnatius quoq;, & Conſtant. Fanenſis. Sic ſit in exitium lingua proterua tuũ.) Plutarchus in Laconicis Apophthegmatibus: ἀρχίλοχον τὸν ποιητὴν, inquit, ἐν λακεδαίμονι γενόμενον αὐτῆς ὥρας ἐδίωξαν, διότι ἐπέγνωσαν αὐτὸν πεποιηκότα, ὡς κρεῖττόν ἐστιν ἀποβαλεῖν τὰ ὅπλα, ἢ ἀποθανεῖν. Eius epigrãmatis fragmentum partim apud eundem Plutarchum, eodemq; loco, partim apud Ariſtophanem in Pace, tale ponitur: F

> ἀσπίδι μὲν σαΐων τις ἀγάλλεται, κὴν περὶ θάμνῳ
> ἐντὸς ἀμώμητον κάλλιπον, οὐκ ἐθέλων.
> ψυχὴν γ' ἐξεσάωσα.* ἀλλ' ἀσπὶς ἐκείνη
> ἐῤῥέτω, ἐξαῦθις κτήσομεν οὐ κακίω.

Valerius autem lib. 6. capite de Seueritate, addit etiã libros eiuſdem poetæ Lacedæmonios è ciuitate ſua exportari iußiſſe, quòd eorum parum uerecundam ac pudicã lectionem arbitrabantur. De morte Archilochi autẽ, & de Calonda percuſſore eius tradit Suidas. Illud addendũ quoq;, eſſe, qui pro exitio, exiliũ legãt: quoniam ob proteruitatem linguæ non occiſus, ſed urbe tantum eiectus fuerit Archilochus. Sed huius rei iudiciũ penes alios ſit.

> Vt'ue parum ſtabili qui carmine læſit Athenas,
> Inuiſus pereas deficiente cibo.
> Vtq; lyræ uates fertur perijſſe ſeueræ,
> Cauſa ſit excidij dextera læſa tui.
> Vtq; Agamemnonio uulnus dedit anguis Oreſti,
> Tu quoq; de morſu uirus habente cadas.
> Sit tibi coniugij nox prima nouiſſima uitæ,
> Eupolis hoc perijt & noua nupta modo.
> Vtq; cothurnatum perijſſe Lycophrona narrant,
> Hęreat in fibris fixa ſagitta tuis.

DOM Vt'ue parũ. Ariſtot. cum laudes Athenarum ab oratoribus editas libris, qui Panathenaici inſcribuntur, carmine inſectaretur, inedia eſt extinctus publico decreto. Pauſanias uerò in 6. hiſtor. ſcribit, Anaximenẽ librum edidiſſe in Athenienſes, Lacedæmonios, & Thebanos ſub Theopompi nomine, & illius falſo cenſeri uerſus, qui in Alexaudrum ſunt. Vt'ue lyræ. Ariſtot. alter cum in Menechei ciuis fortißimi robur ſcripſiſſet eam tragœdiam, quæ inſcribitur Menecheus, cuius teſtimonio Plutarchus utitur, communi Athenienſium decreto eiectus eſt. Vtq; Aga. Oreſtes furore liberatus, ſerpentis morſu extinctus eſt, tradito Mycenarum imperio Tiſameno filio. Sit ti. Eupolis ueteris comœdiæ ſcriptor apud Græcos, quo in genere Ariſtophanis ſcripta leguntur, ducta uxore, primitiali nocte mortuus inuentus eſt unà cum puella. Vtq;. Lycophron poeta græcus bellum Troianũ carmine Iambico cõplexus mira obſcuritate ſyluam fabularum penè omnium, quæ apud Græcos extant, continet. Laudatur pa- D ter à Papinio in ultimo Syluarũ, quod Lycophronis obſcuritatẽ, & umbras explicaret. hic cũ de antiquorũ poetarũ principatu certaret, ſagitta ab aduerſario ictus occidit, ut hic ait Ouidius.

ZAR. Vtq; piſt. Anaxandrides contra Athenienſes ſcribit, ut in ſeptimo Ethic. docet Euſtratius, quos ſanctißimas leges habere affirmabat, prauißimis autem uti, quare fame mori eſt coactus. Vetus interpres Mæuium dicit, qui & ipſe Athenienſes carmine lacerauit, à quibus inedia compulſus in carcere extremum diem finire. Athenæ, teſte Var. tres fuêre: ab unis Athenæi, ab alijs Athenienſes, à tertijs Athenæ- G politæ. Vtq; lyræ uates. Ariſto Chius poeta carmen tragicum per ſyluam tranſiens meditabatur, cui ſerpens ex arbore, cuius folia percuſſerat, decidens manũ momordit: quare extremũ diem obijt, ut uetus narrat interpres, et in 7. Ethi. tradit Euſtratius. Carcinus tragicus poeta, cuius Alope adultera filia fuit, de Cercyone ſcripſit: qui cũ meditaretur, à ſerpente morſus deceßit. Vtq; Agamemnonio uulnus, &c. Oreſtes, ut iam omnibus conſtat, interfecta matre furore correptus fuit. inde liberatus, cum per ſyluam iret, à ſerpente occiſus eſt. Sit tibi coniugij. Eubolus, uel Eupolis Athenienſis comicus poeta, Medillam duxit uxorem, cum qua prima nocte, qua concubuit, mortuus inuentus eſt, ſi ueteri credimus interpreti. Vtq; cothurnatum. Lycophrones in poetica duo floruerunt, alter dicta Caſſandræ ſcripſit: alter, cuius nunc ſit à poeta mentio, tragicus ex his unus, qui Pleiades ſunt appellati, ab inimico ſagitta ueneno illita traiectus interijt: autor eſt uetus interpres.

Cothurnatum. Cothurnus calciamenti genus utriq; pedi aptum, quo tragici utebantur: comici autem ſocco, ut docet Ser. H

⌊Suidas, ut & alij pleriq;, unum, eundemq; Lycophronem faciunt eum, cuius eſt obſcurum illud poema, Alexandra, & qui Tragœdias ſcripſit. de quibus hic Zarottus meminit, quiq; inter

A ſeptem illos, quos Pleiadis uoce appellarunt, numeratus fuit. Sed de interitu ac morte eiuſdem nihil addit.]

MICYL. Vtq; lyræ uates fertur.) De Alcæo Lyrico poeta ſunt qui hunc locum accipiant: Dextramq; læſam, pro fide læſa ac uiolata exponant, quòd is non ſolum contra patriæ ſuæ tyrannos ſcripſerit, ob quam rem & ſeueræ lyræ poetam dici autumant, ſed & ſeditiones ac res nouas molitus fuerit: ut Strabo autor eſt libro decimotertio. Hinc & Horatius Ode trigeſimaſecunda, libro primo dixit,

Age dic latinum barbite carmen:
Lesbio primùm modulate ciui,
Qui ferox bello, tamen inter arma,
Siue iactatam religarat udo
Littore nauem.
Liberum & Muſas, Veneremq; & illi
Semper hærentem puerum canebat, &c.

Veriſimile itaq; putant, hunc à Pittaco, quem ipſum quoq; maledicis uerſibus inſectatus fuerat, poſteaquam ille rerum potitus, monarchiã ac dominationem ſuam firmaſſet, eiectum ac profligatum tandem in exilio perijſſe. Quod ego quidẽ doctioribus iudicandũ relinquo. B

Vtq; Agamemnonio uuln. ded. anguis Oreſti.) Huius hiſtoriæ autor Aſclepiades citatur in Commentar. Euripidis in Oreſtem, his uerbis: ὁ δὲ ἀσκληπιάδης ἐν ἀρκαδίᾳ φησὶ τὸν ὀρέστην ὑπὸ ὄφεως ἀναιρεθῆναι. Eupolis hoc perijt & noua nupta modo.) Eupolis hic Niciæ fuit, alius à Comico illo. Perijt autem cum noua nupta Glycerio nomine, Eudici filia, collabẽte prima ſtatim nocte thalamo. de qua re extat Græcum epigramma hoc lib. 3.

αἲ αἲ τοῦτο κάκιστον, ὅταν κλαίωσι θανόντα
νύμφιον, ἢ νύμφην, κεῖνα δ' ἀμφοτέρους.
Εὔπολιν ὡς, ἀγαθόν τε γλυκήριον, ὧν ὑμέναιον
ἔσβεσεν ἐν πρώτῃ νυκτὶ πεσὼν θάλαμος.
οὐ καλῶς τόδε κῦδος ἰσόρροπον. ὡς ὁ μὲν υἱόν
Νικίας, σὺ δ' ἔκλαυσας Εὔδικε θυγατέρα.

Annotarunt hæc eadem Codrus, Egnatius, & Fanenſis.

Aut lacer in ſylua manibus ſpargare tuorum,
Sparſus ut eſt Thebis angue creatus auo.
Perq; feros montes tauro rapiente traharis,
Vt tracta eſt coniux imperioſa Lyci.
Quodq; ſuæ paſſa eſt pellex inuita ſororis,
Excidat ante pedes lingua reſecta tuos.
Cognitor ut tardæ †blæſus cognomine Myrrhæ,
†Orbis in innumeris inueniare locis.
Inq; tuis opifex, uati quod fecit Achæo,
Noxia luminibus ſpicula condat apis.
Fixus & in duris carparis uiſcera ſaxis,
Vt cui Pyrrha ſui filia fratris erat.
†Vt puer Harpagides, referas exempla Thyeſtæ,
Inq; tui cæſus uiſcera patris eas.

DOM. Aut lacer. Pentheus à furente matre diſcerptus, nomẽ à luctu eſt ſortitus. Nam ſignificat luctum. Autonoes fi. Cadmum habet auũ, qui in anguem fuit con- B uerſus. quamuis Pherecydes aliter ſcriptũ reliquerit, ut propoſuimus.

† læſus

† Orbus

Perq; feros. Dyrce Lyci Thebarum regis uxor, cũ Antiopen, quã Lycus ob ſuſpicionem concubitus repudiauerat, in carcerem detrudendam ſuaſiſſet, mortuo Lyco, Zetus, & Amphion nati ex Antiope eam reuinctam taurorum ſylueſtrium caudis in ultionem maternam dilaniarunt ad eum locum, qui fontis Dyrcæi à Dyrce nomen accepit. Tauros illos fuiſſe feros, ſcribit Herod. autor, interprete Apollonij. & Propertius, Sub trucis ora bouis.

† Et

Quodq; ſuæ. Philomelæ uulgatiſſima fabula, dum Tereo obſecuta timetur, ne ſcelus prodat, linguam amittit. Cognitor. Cinyras cum Myrrhæ filiæ inceſto ſe pollutum deprehendiſſet, eam in Arabiam uſq; ſtricto enſe ſecutus eſt, ubi illa in arborem ſui C nominis conuerſa, inter Arabiæ odoramenta numeratur.

Inq; tu. Achæus Xuthi filius, ut ſcribit Strabo, necatis parentibus per imprudentiam in Laconicam aufugit. Vatem aũt Achæum hic intellige Homerum. qui dum infans educatur ab apibus, Meliſſigenes eſt dictus: hoc eſt proles apum. ſed oculos ea educatione amiſit, uenenatis apum aculeis: ex quo dictus eſt Homerus, quod ſignificat cæcum. ſcribit tamen Herodotus & Plutarch. Meliſſigenem fuiſſe appellatum, quòd ad Meletem fluuiũ ſit natus: cæcitatẽq; ad alias referũt cauſas. Fixus &. Prometheus, cuius frater Epimetheus filiã habuit Pyrrham, in Caucaſo monte aquila cor exedẽte cruciatur. Vt puer. Arpiages filiũ abſumpſit, quod Thyeſtæ prius contigerat. Hoc magis placet q̃ ut intelligas Arpiagẽ fuiſſe filiũ Thyeſtæ, cũ Tãtalũ legamus.

ZAR. Aut lacer in ſyl. Echion ex Cadmi filia Agaue Penthea ge- D nuit, qui ſacra Bacchi auerſatus à matre aprum eum eſſe exiſtimante, occiſus eſt, ut in 3. Met. legimus. Auo ang. Cadmum dicit in anguẽ uerſum, cuius Agaue filia Penthea peperit. Perq; feros mõtes. Antiope Nyctei filia, quam Iupiter in Satyrum mutatus corrupit, fugiens Nyctei minas, defugit in Sicyonem ad Epopea, ubi peperit Zetũ, & Amphiona, quos in Cytherone monte apud quoſdam paſtores depoſuit. F Nycteus igitur ob audaciam filiæ triſtatus, rogauit Lycum, ne deſpiceret ipſam. quam obrem in Sicyonem profectus cum exercitu Lycus Epopea occidit: abſtulitq; captiuam Antiopẽ, tradiditq; eam Dyrcæ uxori cuſtodiendam, utpote fratris ſui filiam. Hæc rurſus fugiens captiua traditur à filijs ſuis Amphione & Zeto: quibus paſtor, qui eos aluerat, rem omnem præteritam memorat. quod cum cognouiſſent matrem ſuam eſſe, ipſam cuſtodiunt. Dyrcem uerò agreſti G tauro alligantes diſcerpſerunt. unde Plautus in Pſeudulo: Cras quaſi Dyrcem olim, ut memorant, duo gnati Iouis deuinxere ad Taurum: inde Lycum aggreſſi ſunt, ut dicerent Antiopem uelle tradere. quorum mentem cum nouiſſet Lycus (nam Mercurius impediuit) quominus ipſum occiderent, Lycoq; rem aperuit: & tempus fugæ datum, & perinde effugit, ut interpres Apollonij ſcribit. Probus autem in Perſeum aliter hanc tradit hiſtoriam. nec nos præterit, Homerum in Odyſſea Antiopem Aſopi filiam memoraſſe. Quodq; ſuæ paſſa eſt. Superius memorauimus, à Tereo Philomelam ſtupratam, & linguam reſectam, ne ſcelus propalàm fieret: ea uerò ſanguine in linteo rem omnem annotauit, idq; ad Prognem ſororem miſit: à qua Itys filius pro epulis à patre eſt comeſus: qui omnes in aues ſunt mutati. Cognitor ut tardæ. Cinyras Cypriorum rex cum Myrrha filia deceptus rem habuit, quo detecto facinore, eam ſtricto enſe per Arabiam eſt inſectatus, ubi urbẽ à filiæ nomine appellatam condidit, quæ in ſui nominis arborem eſt deorum miſeratione mutata, ut iam explicuimus. Cognitor, & traditor, legi abſq; menda poteſt.

Inq; tuis opifex. Achæi plures fuerunt: quorum hic unus, de quo nũc agitur, in cuius per hortũ ambulãtis capite agmẽ apũ inſedit. quod cum expellere uellet, eorũ aculeis acie oculorũ dicitur priuatus, ut tradit uetus interpres. Fixus & in duris. In H Theogonia, & primo Georgicorum Heſiodus Iapetũ ſcribit filios Promethea habuiſſe, qui prouidentia interpretatur: & Epimethea, qui improuidẽtia. Ad Promethea mulierem Pandorã

nomine

A *nomine dij cum uaſculo, in quo omnia incluſa erant mala, miſere. at Prometheus fraudem præuidens, illud non recepit. Subdola uerò puella denuò eo abſente, Epimetheo obtulit, qui imprudens uas aperuit. unde eueſtigio morbi omnes euolarunt, præter ſpem: quæ in labijs aſsiſtebat dolij, ut ipſa pariter effugeret. Non id ſine ratione fingitur, unde in miſeria conſtitis remedium ſpes eſt. hanc puellam Epimetheus compreſsit, unde Pyrrha & Deucalion nati ſunt, quorum patruus Prometheus in Caucaſo monte patitur. nam iecur eius, ut recenſuimus, ab aquila deuoratur.*

Vt puer Harpag. Nullus in hunc diem, iudicio meo, rectè eſt hanc interpretatus hiſtoriam, quam ſic accepimus ex Herod. in 1. hiſtor. nec non Iuſtino in primo Trogi compendio Cyaxarem Medorum regem filium habuiſſe nomine Aſtyagem, (ad quem defuncto patre peruenit imperium. habuit hic filiam, quã Mandanem appellauit, quæ ei per quietem tantum urinæ facere uiſa eſt, ut omnem ipſius urbem oppleret, atq; uniuerſam Aſiam inundaret. Quod ſomniũ cum magis expoſuiſſet, quæq; ſunt interpretati, contemplatus: inde Mandanem uiro maturam uiſum eſt alicui Medorum non tradere, ſed Perſæ cuidam Cam-
B *byſi. eodem quoq; anno, quo filiam collocauerat, uiſionem alteram uidit. Videbatur ei ex filiæ genitalibus, quæ totam occuparet Aſiam, uitis enaſci. quod uiſum cum interpretibus retuliſſet, edoctus eſt, filiam, qui pro ipſo regnaret, parituram. Quare exterritus, è Perſis filiam accerſit: cui cuſtodiam appoſuit, ut quicquid páreret, interficeretur. ubi Cyrus genitus eſt, Harpagum familiarem inter Medos fidiſsimum acciuit, cui puerum occidendum tradidit. Quadam autem pietate, uel fato potius, infantem interficere noluit: ſed eum Mithridati regis Aſtyagis bubulco, ut perimeret, dedit: additis etiam, ni id faceret, minis. qui opti-* E
mè cauillatus, filium proprium, quẽ tunc mulier pepererat mortuum, loco Cyri in præſtituto poſuit loco, & Cyrum æquè ac filium aluit. is cum obuerſaretur inter paſtores, imperium, ut puerorum eſt mos, de conſenſu omnium gerere cœpit, quem bubulci filium appellãt. nam Cyrus inde dictus eſt, quia Cyno nutrix dicitur, id eſt canis, Medicè autem ſpaco. Cumq; quidam colluſor filius Attembaris Medi ſpectati uiri, nihili Cyri faceret imperia, à pueris ipſum compræhendi iuſsit, & multis affici uerberibus: qui illicò ægrè ferens, in urbem ad patrem retulit, qualiter rem habuerit. quare Artembares apud regem conqueſtus eſt, et filium ſecum duxit, eiusq; humeros cæſos regi oſtendit. Rex ſtatim ad ſe Cyrum uenire iuſsit. quem cum de huiuſmodi re interrogaſſet, & ipſe intrepidè reſpondiſſet, nepotem eſſe cognouit, ita etiam tempore ſuggerente, quod ita eſſe à bubulco certior eſt factus. quare Harpagum rex uocat, quem de puero percõtatur. uiſo paſtore, noluit Harpagus tergiuerſari, ſed rem totam ordine aperuit. Aſtyages autem diſsimulans bene hoc eueniſſe, gratumq; ſibi eſſe, & Harpagi filium ad ſe mitti imperat 13. natum F
annos, qui eius iuſſu mactatur, & membratim conciditur: partim elixus, aſſus partim, in cõuiuio pro epulis patri eſt appoſitus. Idẽ legitur et de Thyeſtis filijs, ut docuimus, quid deinde fuerit de Aſtyage, & Harpago, quos memorauimus, authores tradunt.

MICYL. *[Legendum ergo, Vt puer Harpagides referas exempla Thyeſtæ, nominandi caſu uidelicet. ut ſit ſenſus: Tu exemplum Thyeſtæ repetas, perinde ut filius Harpagi, qui et ipſe eodem modo, ut Thyeſtæ filij, à patre pro epulis abſumptus eſt.]*

Trunca geras ſæuo mutilatis partibus enſe,
Qualia Mycerni membra fuiſſe ferunt.
Vt'ue Syracuſio præſtricta fauce poetæ,
Sic animæ laqueo ſit uia clauſa tuæ.
Nuda'ue † direpta pateant tua uiſcera pelle,
Vt * Phrygij, cuius nomina flumen habet.
Saxificæ uideas infœlix ora Meduſæ,
Cephenum multos quæ dedit una neci.
Potniadum morſus ſubeas, ut Glaucus, equarum:
Inq; maris ſalſas, Glaucus ut alter, aquas.
Vtq; duobus idem dictis modò, nomen habenti
Præfocent animæ Gnoſia mella uiam.

† q; *Phrygium

DOM. *Trũca. Mamertes, ut ſcripſerũt quidã, Mycernus Syſaphonis Corinthij frater, cum fratris filium imperij cupiditate necaſſet, à Syſaphone membratim eſt laceratus: hæc tamen fabula mihi incerto autore tradita uidetur. Vt'ue.*
C *Theocritus Poeta Syracuſanus ex Sicilia, carmine Bucolico Virgilio antepoſitus, ob magnitudinem linguæ Doricæ, quæ paſtorali ſermoni aptiſs. eſt, unde ipſe totus conſtat, uitam laqueo finiuit, ut hic ait. Nuda'ue. Marſyas uictus à Phœbo, pelle exutus, nomen fluuio dedit. de quo ſuprà.*

Saxificæ uideas. Perſeus in Æthiopia, liberata Andromeda uinculis, Nileos Cephenos (erant autẽ populi, qui cum Phineo parabant bellum) prolato Meduſæ capite in ſaxa uertit. Potniadum. Glaucus ad Anthedonem Bœotiæ in balenam conuerſus eſt. Glaucus præterea furore equarum dilaceratus eſt inter Potnia & Dyrcem fontes, ut ſcribit Strabo. unde equæ Potniades dictæ ſunt. Glaucus demum uenenato melle ab hoſpite Crenſi extinctus eſt.

ZAR. *Trunca geras. Mamertes Syſaphonis Corinthij frater regni cupiditate nepotẽ occidit, quare à fratre dicitur laceratus. Alij tradunt Mamertẽ, unde Mamertini Siciliæ populi appellãtur, oppidum ædificaſſe. inde oborta de regno lite, à fratre mortuus*
D *eſt, ut uetus memorat interpres. Vt'ue Syracuſio. Theocritus Syracuſanus Bucolicum carmen elegantiſsimum cõpoſuit, quod noſter Maro eſt imitatus. Fuit autem ingenij adeò mordacis, ut in ipſum Siciliæ regem Hieronis filium ſit inuectus, à quo ad ſupliciũ, ut hominẽ tantũ perterrefaceret, ductus: interrogatusq; an à maledicẽtia ſe abſtinere uellet, magis uerba regẽ laceſſentia proferebat. indignatus autẽ rex, quod ioco fuerat commentus,* G
ſeriò fecit. nam caput ei amputauit. Alij ſuſpenſum uolunt, ut Ouidius hoc loco. Vetus interpres eſt autor. Nuda'ue direpta. Marſyam dicit, qui uictus ab Apolline, in fluuium ſui nominis eſt mutatus, ut oſtendimus. Saxificæ uid. Ad compendium rem hanc redigam, cũ & ſuperius eam narrauerimus. Perſeus liberata Andromeda, cũ Phineo certauit, cui antè promiſſa fuerat Andromeda, & eum ipſi puella à parentibus pollicita in uxorem, in ſaxum uertit, utpote uim inferre nitentem, Cephenosq; populos ei parentes, ut Ouid. in Met. Hyginus, alijq; multi ſunt autores. Potniadũ morſus. Glaucus è Potnia ciuitate, cũ Veneris ſacra ſperneret, ſuis equabus à dea furor immiſſus eſt: à quibus cum ueheretur, morſibus eſt dilaceratus, ut Seru. ſuper his Virg. in 3. Geor. docet, Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum, Et mentem Venus ipſa dedit, quo tempore Glauci Potniades malis mẽbra abſumpſere quadrigæ. Inq; maris ſalſas. Glaucus is piſcator ardenter Scyllam amauit, qui in Euboica Andone herba quadã cõmeſa, incredibili cupiditate ſe in mare proiecit, et à Neptuno cæteriſq; dijs marinis deus effectus eſt. autor Ouid. in 14. Meta. H
Vtq; duo. idẽ. Alius quidã Glaucus Cretẽſis (nã plures Glauci fuerũt) ob laſciuiã in filiã uenenato melle extinctus eſt, ut uetus docet interpres. Gnoſia mel. Cretẽſia. Gnoſos enim Cretæ ci-

A uitas eſt,ut tradit Seruius.

MICYL. Potniadum morſas ſubeas.) Huius fabulæ & Palæphatus meminit, qui Glaucum hunc Siſyphi filiū uocat, ut & Pauſan. Eliacis poſteriorib.ubi, ἔστι δὲ καὶ ἐν ἰσθμῷ ταράξιππος, inquit, γλαῦκος ὁ σισύφου. γενέσθαι δὲ αὐτῷ τὴν τελευτὴν λέγουσιν ὑπὸ τῶν ἵππων, ὅτε ἄκαστος τὰ ἆθλα ἔθηκεν ἐπὶ τῷ πατρί. De Potnijs autem idem in Bœoticis ita ſcribit, διαβεβηκότι δὲ ἤδη τὸν ἄσωπον, καὶ τῆς πόλεως δέκα μάλιστα ἀφεστηκότι σταδίους ποτνιῶν ἐρείπια, καὶ ἐν αὐτοῖς ἄλσος δήμητρος καὶ κόρης. Et paulo pòſt, δείκνυται δὲ ἐν ποτνιαῖς καὶ φρέαρ. τὰς δὲ ἵππους τὰς ἐπιχωρίους τοῦ ὕδατος πιούσας τούτου, μανῆναι λέγουσιν. Addunt aūt alij ex Probo, etiā humanis carnib. ſolitum paſcere equas ſuas Glaucū. Itaq; deficientib. aliquādo illis, equas E in ipſum dominum morſus ſtrinxiſſe. Vide Annot. Fanenſis. Vtq; duob. idē dictis modò nomē habēti.) Hic Glaucus Minois filius & Paſiphaes fuiſſe dicitur, quē, cū pila fortè luderet, in doliū melle plenū incidiſſe, in eoq; ſuffocatum, Hyginus tradit. Minoē aūt ſublatū mortuū ſepulchro incluſiſſe, addito & Polyido uate ac medico, qui ibidem cum illo uel periret, uel uitæ illum reſtitueret. Atq; ibi tū Polyidū, animaduerſa herba, qua draco aliter alterū uitæ reſtituerat, eādē & Glaucum in uitā reuocaſſe. Cuius rei et Claudian. meminit, de laudib. Stiliconis. Ipſi uerſus citantur ab Egnatio, & Fanenſi. Reliqua uide apud Palæphatum & Hyginum, capite de Polyido.

Sollicitoq́; bibas, Anyti doctiſsimus olim
Imperturbato quod bibit ore, reus.
Nec tibi (ſi quid amas) felicius Hęmone cedat,
Vtq́; ſua Macareus, ſic† potiare tua.
†Et uideas, quod iam, cum flammæ cuncta tenerēt,
Hectoreus patria uidit ab urbe puer.
Sanguine probra luas, ut auo genitore creatus,
Per facinus ſoror eſt cui ſua facta parens.
Oſsibus inq́; tuis teli genus hæreat illud:
Traditur Icarij quo cecidiſſe gener.
Vtq́; loquax in equo eſt eliſus †guttur acerno,
Sic tibi claudatur pollice uocis iter.

†tu
†Vel
†guttura

DOM. Sollicitoq; bibas. Socrates damnatus iniuſto crimine, miſſum uenenū publico Athenienſiū decreto, conſtantiſſimo ore hauſit, cum prius de animorum immortalitate diſputaſſet. ex quo ſermone Plato dialogū confecit. B Nec tibi. Hæmō cū Rhodopē filiam pro uxore habuiſſet, perpetua temporum infamia ira numinū in montē obduruit unà cū Rhodope filia. Nō placet quod alij de Laodamia ſcribunt. Apollodor. uerò in eo lib. qui inſcribitur Bibliotheca, ſcribit Hæmonem amaſſe Antigonem, ad cuius rogum enſi latus ſibi transfixit præ dolore. inde Tragœdia ſcripta uariata nonnihil hiſtoria ab Euripide & Soph. de hoc nunc loquitur, & nos in cōmentarijs Propert. ſcripſimus. Vtq; ſua Macar. Inſigni dedecore notus eſt ob concubitum Canaces ſororis: eandem turpitudinē Ibidi imprecatur. Hectoreus. Aſtyanacta è turri, ſpectato incendio urbis, & ſuorum interitu, Vlyſſes deiecit. C Sanguine. Adonis, filius Cynaræ & Myrrhæ, ab apro eſt dilaniatus. Auo genitore. Nā pater matris eius auus fuit pater. Fabula apud Ouid. Oſsibus. Vlyſſes non ſatis certā mortē habet, cū Homeri carmen ad reditū tantū progrediatur à Troia, omiſſa Vlyßis morte. traditū tamen eſt, eū fuiſſe interfectū à Telegono, quē ex Circe ſuſceperat acerbiſsimo uulnere. Theopōpus, aut. interprete Lycophronis ſcribit, Vlyßem offenſum turpitudine domeſtica redijſſe ad Circē, & à Telemacho fuiße necatum: Telemachū uerò à Caßiphone in ultionem matris, quo tempore natum affirmat Telegonum. Vtq; loquax. Agenor lapſu equi inſerta ori manu extinctus eſt.

ZAR. Sollicitoq; bibas. Melitus, Anytus, Polydeutus, Polycrates, pluresq;, alij Socratē uirū ſanctiß. inuidia accuſarūt, quòd Athenienſem iuuentutem prauis moribus, falſaq; religione inſtrueret: quā obrem in carcerem à magiſtratu detruſus eſt: ibiq; cū de animæ immortalitate diſputaſſet, hauſto intrepidè ueneno, interijt. habes Platonis Dialogum, ubi quid Socrates ediſſeruerit, comperies. Dicit itaq; Ouid. Sicuti Socrates doctiſſ. uir intrepidè ueneno obijt: tu noxius, timidusq; moriaris. Nec tibi (ſi quid amas.) Hæmon Rhodopē filiā adamauit, cum qua incæſtū cōmiſit: quā obrem uterq; in montē ſui nominis conuerſus eſt, ut à ueteri cōmonemur interprete in 2. eleg. etiam Hæmonij Propert. memi- D nit. Vtq; ſua Macar. Habes hanc ſuperius fabuloſam explicatā hiſtoriā, Canaces inquā et Macar. Æoli filiorū, qui ob mutuū concubitū inſigni notantur dedecore. Et uideas. De Aſtyanacte Hectoris filio abūdè locuti ſumus, qualiter Græcis Troia capta, concremataq; Vlyßis hortatu, è turri fuerit demiſſus. Sanguine probra luas. Myrrha Cynaræ, ut docuimus, filia, ex patris compreſſu F formoſiſsimum peperit Adonē, cuius amore tantum Venus creditur flagraſſe. hic dum uenaretur, ab apro occiſus eſt, & in florem à Venere poſtea mutatus, ut in 10. Met. legere eſt. Bene ergo ſoror facta eſt parēs: nam ex eo parēte Myrrha nata eſt, qui & ipſum genuit Adonim ex filia. Oßibus inq;. Vlyſſ. cum ad Ithacā ex longo errore appuliſſet, territus crebris inſomnijs eſt: quæ ad omnes eius regionis ſomniorum coniectores peritiß. mittit. refert enim uiſum ſibi ſæpius ſimulacrū quoddam inter humanū diuinūq; uultū formæ perlaudabilis, ex eodē loco repetere, cōplectiq; ſummo deſiderio: cupienti, porri- G gentiq; manu reſpondiſſe uidebatur, ſceleratam huiuſmodi coniunctionē fore: quippe eiuſdem eße ſanguinis, & alterum alterius opera interiturū, quam rem omnes exitialē pronunciabāt: addentes, ſibi caueret ab inſidijs filij: quapropter Telemachum in agros, qui in Cephalenia erant, relegauit. per idem tempus Telegonus ex Circe natus & Vlyße, ad quærendū patrē profectus, Ithacam uenit, quoddam haſtile in manibus ferens, cuius acies marinæ turturis oſſe præfixa erat inſigne: ſed inſulæ Ææ, in qua editus erat, ibi per cuſtodes à patrio eſt prohibitus aditu, dum acrius inſtat, & repellitur, ueritus à Telemacho mitti, multis interemptis cuſtodibus, patrem quoq; neſcius occidit: qui dum lætaretur, ſe non à filio interfectum, moriēs filium nouit, à quo ſaucius moriebatur. quod Telegonus cognoſcens, miſerabiles edidit fletus, manu utraq; caput uerberans. Ditis Cretenſ. etiam autor. Vtq; loquax. Agenor quidam petulans, incompeſcibiliq; lingua adeò, ut ne Ioui parceret: qui cū curreret, ab equo cecidit, & fauces pollice ſibi oppreßit, ut uetus exponit interpres.

Commentat. Homeri Odyſſ. 13.

MICYL. Nec tibi ſi quid amas, felicius Hæmone cedat.) Pro, felicius quàm Hæmoni. Fuit autē Hæmon filius Creōtis, qui regnū Thebanū ſuſcepit, interfectis Eteocle & Polynice. Hic Antigonam amabat, quam cū uideret à patre Creonte damnatā, & uiuam ſepulchro incluſam, eo quòd cōtra uetitū, Polynicē fratrē tumulaſſet, ipſe quoq; impatiētia amoris ſeipſum interfecit. Fabula tractatur apud Sophoclē in tragœdia quæ inſcribitur Antigone.

Vtq; loquax.) Hūc locum explicat Politian. in Miſcellaneis H cap. 75. Intelligitur autem Anticlus, qui cū cæteris Græcis equo Durateo incluſus, ad uocē Helenæ ſimulātis ſermonē et uerba uxoris illius, reſpōdere uoluit. Sed ab Vlyſſe eo uſq; illius fauces cōpreſſæ,

A donec cum uoce unà & uitam amitteret: autore Tryphiodoro. & meminit Homerus quoq; Odyſſeæ 4. Tryphiodori uerſus ſunt 2. αὐτίκα δ' ὅτι κύδρον ἰδέξατο λαοδαμείης, μοῦνος ἀμειβομένῳ ἀντεβάλλετο γήρυν ἀνοίξας. ἀλλ' ὀδυσεὺς κατέπαλτο, καὶ ἀμφοτέρῃς παλάμῃσιν ἀμφιπιέζων, ἐπίεζεν ἐπειγόμενον στόμα λῦσαι.

Et paulo poſt,

καὶ τὸν μὲν λίπεν ἄσθμα φερέσβιον, οἱ δ' ἄμυ ἄλλοι δάκρυσι λαθριδίοισιν ἐπικλαύσαντες ἀχαιοὶ κοιλὸν ὑποκρύψαντες ἐς ἰσχίον ἐνθέσαν ἵππου. B

Fuit autem hic Anticlus filius Ortygi, ut ex eodem poeta patet. ita enim in catalogo illum deſcribit,

ὀρτυγίδης ἄντικλος, ὃν αὐτόθι τεθνειῶτα
ἵππῳ δακρύσαντες ἐνετρείψαν ἀχαιοί.

Aut ut Anaxarchus pila minuaris in alta,
Iactaq; pro ſolitis frugibus, oſſa ſonent.
*Salmacis utq; patrem condat te Phœbus in ima
Tartara, quod natæ fecerat *ipſe ſuæ.
Inq; tuos ea peſtis eat, quam dextra Corœbi
Vicit, opem miſeris Argolicisq; tulit.
Vtq; nepos Aethræ Veneris moribundus ob irã,
Exul ab attonitis excutiaris equis.
Propter opes *nimias ut perdidit hoſpes alumnũ.
Perdat ob exiguas te tuus hoſpes opes.
Vtq; ferunt fratres ſex cum Damaſichthone cæſos,
Intereat totum ſic genus omne tuum.
Addidit ut fidicen miſeris ſua funera natis,
Sic tibi ſint uitæ tædia iuſta tuæ.
Vt ue ſoror Pelopis ſaxo dureris oborto,
Et læſus lingua Battus †ab ipſe ſua.
Aera ſi miſſo uacuum iaculabere diſco,
Quo puer Oebalides ictus ab orbe cadas.

[margin: * Vtq; patrẽ Pſamathes / * ille]

DOM. Aut ut A. Ob ueteres iniurias * Anacreon Cyprius in pila contundi iuſſit. [margin: *Nicocreon] Alij ſcribunt à colonis necatũ Anaxarchũ. ſed placet prior ſentẽtia: cuius aſſertor eſt Laer. Diog. Vtq; patrem. Phœbus Leucotheã Orchami filiã amauit: quã pater indignatus, defodit in terram. [margin: *magnas] Phœbus in ultionẽ puellæ dilectæ Orchamum radijs ſolarib. B exuſſit. Inq; tu. Corœbus uictor in Olympiaco certamine, ut ſcribit Strabo, & Euſeb. affirmat. [margin: † ut] Corœbus itẽ captus amore Caſſandræ, ad Troiã uenit. in quo Vir. ab Homero diſceſſit: nam ille ſcribit Omæneũ Tabeſium Caſſandræ amore fuiſſe captum. Corœbus demum monſtrum in totam Peloponneſum miſſum ſuperauit. Vtq; ne. Hippolytus Theſei filius, Æthræ nepos, quæ mater erat Theſei, uulgato interitu, ſupplicio diſcerptus ab equis. Vt perdidit hoſpes: id eſt, ut Polyd. à Polymneſtore Thraciæ rege uiolato hoſpitij iure necatus eſt, cupiditate auri quod habebat. Vtq; ferunt. Damaſichthõ Niobes & Amphionis filius, cum linguæ maternæ procacitatẽ filij lueret, penultimus ipſe extinctus eſt, C ut eſt apud Ouidiũ in Metamorphoſi. 12. fuiſſe filios Propert. cecinit, Ouid. 7. de numero eorum plura Gel. Addidit. Amphion coniux Niobes mortuis filijs ſibi mortem conſciuit, clarus arte muſicæ. nam citharam primus inuenit: quãuis alij Orpheo, alij Lino eam tribuant: author Plinius. Vtue ſoror. Niobe amiſſis filijs in ſaxum Sipylum dolore commutata eſt. Et læ. Battus ob furtum Mercurij proditũ, qui boues abegerat in Meſſenijs in ſaxũ eſt conuerſus. Quo puer. Hyacinthus à Phœbo dilectus, in ludo diſci ab eo eſt extinctus per imprudentiam.

ZAR. Aut ut Anaxarchus. Hic Athenien. fuit, qui malè ſuos colonos tractabat, à quib. occiſus eſt: eiusq; oſſa in pila occluſa pro frugibus iactata, ſi rectè uetus interpres commonet. Vtq; patrem ſ. Cyclops quidam Samerin filiam habuit, aliter Leucotheam, quam Phœbus amans eſt inſectatus: quare eam pater occidit. qua iniuria Phœbus eum interfecit, ſi ueteri credimus interpreti. Alij legunt, Salmacis utq; patrem. Inq; tuos ea peſtis eat. Docuimus iam à Corœbo mõſtrum filios matrum ſinu educẽtem, atq; deuorantem interfectum, Statij adducentes authoritatem. Vtq; nepos Aethræ. Hippolyt. Theſei filium ex Aethra nati, ab Aeſculapio Dianæ precib. ad uitam reſtitutũ. indi D gnatus autẽ Iupiter, mortalem Aeſculapium homines ad uitam iam mortuos reuocare poſſe, eum fulmine interemit. quare Apollo Cycoplas fulminis fabros interfecit, qui è cœlo Io. pulſus Admeti regis oues pauit, ut omnibus notiſſimum eſt. [De Hippolyto, et eius interitu, quantũ ad hũc locũ pertinet, habes totã fabulam Euripidis, cuius titulus ἱππόλυτος στεφανοφόρος.] Propter opes nimias. qualiter Polymneſtor auri cupiditate Polydorum Priami filiũ occiderit, & ipſe ab Hecuba occæcatus fuerit, iam narrauimus. Vtq; ferunt. De numero filiorũ Niobes diuerſæ apud autores reperiuntur ſen- F tentiæ: nã Homerus pueros, puellasq; ſenos fuiſſe ſcribit, bis ſeptenos Euripides, Sappho bis nouenos, Bacchylides et Pindarus bis denos. quidam alij ſcriptores tres tãtũ uolunt, ut lib. 19. Plin. tradit. Ouid. etiam in 7. Metamor. bis ſeptem dicit, & marium ponit nomina: quorum unus Iſmenus uocabatur, alius Sipylus, 3 Phædimus, 4. Tantalus, 5. Alphenor, 6. Damaſichthon, ultimus Ilioneus, qui omnes ſagitta à Phœbo occiſi ſunt propter matris nimiam ſuperbiam, Latonæq; contemptum, quã ſterilẽ prædicabat: ita & filiæ ſicuti fratres periere, ut lib. 7. ſcribit Ouid. G

Addidit ut fi. Amphiõ, quorũ nũc meminimus pater fuit, Iouis & Antiopæ filius. & ut Plutar. docet, in arte muſica fidium inuetor, et muſicus præſtãtiſſ. hic occiſis filijs mortẽ ſibi cõſciuit, ut Ouid. narrat. Nã pater Amphion ferro per pectus adacto, Finierat moriẽs pariter cũ luce dolorẽ. Hippo. aũt in li. qui inſcribitur ἐξίων παθῶν illos morbo deceſſiſſe Cyrnates ait, ſubitariaq; præuentos morte, qui dicitur morbus etiã Apollo*bletus, id eſt, percuſſus ab Apol. autor Por. Vt ue ſoror Pelopis. Niobe Tantali ex Taygete filia, alij Pelopis, alij Zeti, alij Alalcomeni, ut Porph. in 7. teſtatur, et proinde Pelopis ſoror, Amphionis Thebarũ regis uxor fuit: quæ nimio mœrore ob natorũ interitũ in marmor dicitur uerſa, ut ab Ouid. in Met. accepimus. Ferũt nonnulli hanc calamitatẽ ſubiuiſſe in Libya, alij apud Thebas. Porphyr. ait, comicũ Philemona ſcripſiſſe mutam effectã Nioben, ob multa quæ eam circumuenerãt mala. inde fictum, in lapidem conuerſam. Lydus autem poeta, inquit, ab Aſonide amatore fuiſſe dilectam: quem cum illa auerſaretur, ignem foribus obiecit. Illa effugiẽs, in lapidẽ cõuerti poſtulauit, ac ita in la- H pidẽ conuerſa eſt. Et læſus lingua Battus. in 2. Metam. Ouid. ſcribit Mercuriũ Apollini armenta ſuffuratũ, quæ in agros Pylios proceſſerãt, eaq; in ſyluam adduci, nemo præter unũ ſenem Nelei paſtorem Battum nuncupatum uidiſſe: quem precario, ut furtum taceret, adijſſe: ut magis id faceret, dono uaccam tradidiſſe. alia non multo pòſt deum ſumpta effigie, eum interrogaſſe, num boues ſurreptas uidiſſet: utq; manifeſtaret, boum paria pollicitum fuiſſe: quo munere allectum, furtum detexiſſe. inde in ſaxum, quod Index dicitur, mutatũ. Aera ſic miſſo. Hyacinthus puer Oebali filius ab Apolline ſummopere dilectus, ab

A eodem per imprudentiam diſco occiſus eſt, ut in Met. Ouid. tradit. Plin. autem lib. 21. Hyacinthum, inquit, comitatur fabula duplex, luctum præferens, eius quē Apollo dilexerat, aut ex Aiacis cruore editi, ita diſcurrentibus uenis, ut græcarum literarum figura, ea legatur inſcripta. Erat diſcus genus ludi. Antiqui dicebant certi ponderis diſcum, quo iuuenes in agone contendebant, fortior iudicādus, qui ultra ſtatutam metam proieciſſet. iſta & miſſilib. certabant. Horatius li. Car. Sæpe diſco, ſæpe trās finem iaculo expedito. Acron eſt author.

MICYL. Aut ut Anaxarchus.) Hanc hiſtoriam Laertius tradit, qui Anaxarchum hunc Abderitam fuiſſe, et Alexandrum ſecutum ſcribit. Habuiſſe autem inimicum Nicocreontem Cypriorum tyrannum. Proinde cum aliquando cum Alexandro cœnaret, isq; de conuiuij apparatu Anaxarchum interrogaret, reſpōdiſſe, omnia lautè atq; affatim apparata eſſe, præterquam quòd caput ſatrapæ (Nicreontem innuens) non eōdem allatum eßet. Hanc uocem poſtea Nicocreontē, mortuo Alexandro, ultum, atq; Anaxarchum tempeſtate quadam Cypro appulſum comprehendiße, mortarioq; ſiue pila (ut hic dicitur) impoſitum, piſtillis ferreis contundi iußiße: execta etiam lingua, ne cōuicijs, quibus etiam inter ſupplicia tyrannum inceſſebat, diutius moleſtus eßet. Vtq; patrem Pſamathes. Ita in Aldinis legitur. ut B de Crotopo Pſamathes patre, cuius crudelitate Linus infans expoſitus, & à canibus laceratus fuit, intelligatur. Et hanc lectionem etiam probabilem facit id quod ſtatim ſequitur de Corœbo, de quo Pauſanias in Atticis in hunc modum ſcribit, ἐπὶ κροτώπου λέγουσιν ἐν ἄργει βασιλεύοντος, ψαμάθην τὴν κροτώπου τεκεῖν παῖδα ἐξ ἀπόλλωνος. ἐχομένην δὲ ἰσχυρῶς τοῦ πατρὸς δείματι, τὸν παῖδα ἐκθεῖναι, καὶ τὸν μὲν διαφθείρουσιν ἐπιτυχόντες ἐκ τῆς ποίμνης κύνες τοῦ κροτώπου. ἀπόλλων δ' ἀργείοις ἐς τὴν πόλιν πέμπει ποινὴν ταύτην, τοὺς παῖδας ἀπὸ τῶν μητέρων φασὶν ἁρπάζειν, ἐς ὃ κόροιβος ἐς χάριν ἀργείοις φονεύει τὴν ποινήν. φονεύσας δὲ, οὐ γὰρ ἀνίει σφᾶς δευτέρα ἐπιπεσοῦσα νόσος λοιμώδης, κόροιβος ἑκὼν ἦλθεν ἐς δελφοὺς, ὑφέξων δίκας τῷ θεῷ τοῦ φόνου τῆς ποινῆς. ἐς μὲν δὴ ἄργος ἀναστρέφειν οὐκ εἴα κόροιβον ἡ πυθία. τρίποδα δὲ ἀράμενον, φέρειν ἐκέλευεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἔνθα ἂν ἐκπέσῃ οἱ φέροντι ὁ τρίπους, ἐνταῦθα ἀπόλλωνος οἰκοδομῆσαι ναὸν, καὶ αὐτὸν οἰκῆσαι, &c. Vides hæc per omnia conuenire huic loco, niſi quòd de interitu ac cæde Crotopi mentio apertè nulla fit. Veriſimile autem eſt, & Crotopum eadem hac peſte, aut etiam ab ipſo Apolline, neci datum: & ab eodem antea filiam ob uitium oblatū interemptam, F alicubi lectum eße. Idq; hic Ouidium ſecutum.

Si qua per alternos pulſabitur unda lacertos,
Omnis Abydena ſit tibi peior aqua.
Comicus ut *liquidis perijt, dum nabat, in undis:
Et tua ſic Stygius ſtrangulet ora liquor.
Aut ubi uentoſum ſuperaris naufragus æquor,
Contacta pereas, ut Palinurus, humo.
Vtq; cothurnatum uatem tutela Dianæ,
Dilaniet uigilum te quoq; turba canum.
Aut ut Trinacrij ſalias ſuper ora gigantis,
Plurima qua flammas Sicanis Aetna uomit.
Diripiantq; tuos inſanis unguibus artus,
Strymoniæ matres *Orpheon eſſe ratæ.

DOM. Si qua. Leander cū ad Hero puellam freto Seſtiaco nocturno tēpore nataret, ſummerſus B eſt. Comicus Menander comœdiæ apud græcos author præſtātiſſimus, dū in fluuio perexiguo nataret, ſummerſus eſt, ut quidā hoc intelligūt. Comicus Palinurus Troianæ claſsis gubernator ſomno deceptus, in mare decidit: & cum triduo enataßet in littore, à Velienſibus eſt necatus: quod apud Virgil. conqueritur. Vtq;. Euripides quòd malè nōnulli interpretati ſunt de Lino, cū apud Archelaū regē cœnaßet, domumq; reuerteretur, à canibus eſt diſcerptus: Tragici carminis præſtantia nobilißimus. nam illius Tragœdiæ cum Sophoclis certant. Aut. Empedocles philoſophicam rationem carmine cōplexus, Siciliā patriam nobilitauit. nam ut Lu- C cret. eiuſdem carminis ſtudio apud nos teneretur, nihil Empedocle nobilius in Sicilia fuiße affirmat. Cum autē nouo mortis genere immortalitatem optaret, in Aetnam ardentem ſe cōiecit. Strymoniæ. mulieres Thraciæ Orpheum laniarunt. Multos autem fuiße Orpheos, in Commen. Silij tradidimus. et de huius interitu uaria ſcribit Pauſanias, quæ recitabimus alibi.

ZAR Si qua per a. In Heroidibus amores Hero & Leandri ſcribit Ouid. Alter apud Abydum, apud Seſton Hero commorabantur. & nocturno tempore fretum per 7. ſtadia patens, Leander tranſnabat, ad amicamq; ſe conferebat. Fortè tēpeſtate obrutus perijt. extant de hoc Martialis epigrammata, Muſæiq; carmen. Comicus ut li. &c. Terentij comœdiarū ſcriptoris ſignificat interitum, qui, ut teſtatur Donatus ſuper Ter. cū ex Græcia rediens, nauem conſcendißet, naufragio periclitatus occubuit, & cum eo fabulæ 108. ex Menandro conuerſæ perierūt. Liquidis. Athenienſis comicus dum in Piræo portu nataret, H ſubmerſus eſt, de quo nobilißimæ à Græcis editæ traduntur Elegiæ, & à Callimacho epigram. ut uetus interpres docet. Aut ubi uentoſum. Palinurus Iaſij filius, Aeneæ nauis gubernator, nimio ſomno uexatus, in mare cecidit. cumq; triduo enataßet, à Velienſibus occiſus eſt, ut Maronis carmen teſtatur: licet ibi redarguatur ab Iulio Hyginio. Aul. Gellio. Vtq; cothurnatum uatē. Euripides Clitûs olitricis, et cauponis Mneſarchi filius, in Salamine natus, duo deuiginti annos agens, tragœdiam ſcribere adorſus eſt: adeoq; in eis excelluit, ut præſtātißimus inde extiterit inter Græcos ſcrip. tragicos. Athleta etiā fuit. Eleuſinio enim à Theſeo certamine pugnauit, & coronatus eſt. In phyſicis Anaxagora uſus eſt præceptore, in arte dicēdi Prodico, in morali philoſophia ſecutus eſt Socratē. Mulieres fermè omnes maiorē G in modum exoſus dicitur: duas tamen dilexit, ex quib. filios excepit. in Macedonia apud Archelaum regē magno honore eſt habitus: à cuius cœna noctu cū reuerteretur, à Lyſimacho Archelai ſeruo, Dianæq; templi æditio immißis deæ canibus dilaceratus eſt. hunc Lyſimachū Aridæus Macedo, & Creteus *Theſſalus æmuli Euripidis corruperant, ut ita eum enecaret. cui Macedones ſepulturam, et ingentes honores præbuere. Ad quos cū Athenienſium legati uenißent, ut eius oßa in patriam transferre ſinerent, maximo conſenſu in ea re deneganda Macedones perſtiterunt. habes Aul. Gel. 12. N. Atticarum. Aut ut tri. Empedocles Agrigentinus, Methonis filius, ut tradit Hippobatus, ut uerò Thelauges, Archinomi, fratrē habuit Callicratem, teſte Phauorino in commentarijs. Hic Pythagoricam ſentētiam ſectatus eſt, cuius & auditor fuit: eximius philoſophus extitit, quo Lucret. totam Siciliam multum decorari dixit. Scripſit carmine Xerxis tranſitum, ſcripſit & Tragœdias. multa alia compoſuit, ut Hier. & Ariſtot. tradunt: quorum alter 43. eius opuſcula legiße refert, alter uerò ſæpißimè eius retulit opiniones ex diuerſis lib. euulſas. Varia de eius morte traduntur. nam H alij ſcribūt in Peloponneſo obijße mœrore: quia cum Agrigentum conderetur, inimicorum nepotes ipſius obſiſterent inſtituto. Heraclides aliam mortem memorat. Vulgatißima autē, quæ nunc ab Ouidio tangitur. Cupidus Empedo. immortalitate potiri, in

*medijs

*Orpheate

*Cratinus

Gel. lib. 15. capite 20. Vide & Suidam.

Vide Laertiū

A ri, in Aetnam montem ſe proiecit:credens ita hominibus facile perſuaſum iri, Deum effectum.à flammis autē abiſumptus eſt, nihilq; præter crepidam inuentum eſt. hinc Horatius in Poetica: Siculiq; poetæ Narrabo interitum, Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam Inſiluit. Aetna, mons eſt Siciliæ, ab Aetna muliere ſibi ſepulta dictus, quam Iupiter dilexit, ut autor eſt Pindarus. Diripiantq; tu. Orpheus, de quo multa ſuperius narrauimus, amiſſa penitus Eurydice uxore, mulierum ſpreuit concubitus:per ſyluasq; commeans, montes, arbores, & ſaxa lyræ modulamine ad ſe trahebat:ut Hora in Carminibus ait: Aut ſuper Pindo, gelido'ue in Hæmo, Vnde uocalē temere ſecutæ, Orphea ſyluæ. Primus Thracas amores in pueros docuit:unde Ouid. in Met. Ille etiā Thracum populis fuit author, amorem In teneros transferre mares, citraq; iuuentam Aetatis breue uer, & primos carpere flores. tandē à mulieribus, quas ſpernebat, in Thracia occiſus eſt. Diogenes autem Laertius ſecutus hiſt. fulminatum à Ioue tradit: idq; uetuſtiſſimo epigrā. comprobat: quod in Dio Macedoniæ inſculptū legitur. quod ita à latinis eſt interpretatū, Orphea canB denti transfixum fulmin e Thracem, Cum aurata Aonides hic poſuere lyra. Strymoniæ m a. id eſt Thraciæ. Strymon enim fluuius eſt, qui teſte Pli. in 5 Na. hiſt. Macedoniā à Thracia ſeparat, fluitq; à uertice montis Aemi.

MICYL. Comicus ut liquidis (ſiue, medijs, ut alij) perijt, dum nabat in undis.) Suidas, Εὔπολις, Ἀθηναῖος κωμικός. οὗτος ιζ. ἐτῶν γενόμενος, ἤρξατο ἐπιδείκνυσθαι, καὶ ἐδίδαξε δράματα ιζ. ἐνίκησε δὲ ζ. καὶ ἀπέθανε ναυαγήσας κατὰ τὸν ἑλλήσποντον ἐν τῷ πρὸς λακεδαιμονίους πολέμῳ. καὶ ἐκ τούτου ἐκωλύθη στρατεύεσθαι ποιητήν. Platonius autem de differentijs Comœdiarum, ἴσμεν γοῦν, inquit, τὸν Εὔπολιν, ἐπὶ τῷ διδάξαι τοὺς βάπτας, ἀποπνιγέντα εἰς τὴν θάλασσαν ὑπ' ἐκείνων, εἰς οὓς καθῆκε τοὺς βάπτας. καὶ διὰ τοῦτο ὀκνηρότεροι πρὸς τὰ σκώμματα ἐγένοντο. Sed Ouid. priorem traditionem ſecutus uidetur.

Natus ut Altheæ flammis ardentibus arſit,
Sic tuus ardeſcat ſtipitis igne rogus.
Vt noua Phaſiaca †compreſſa eſt nupta corona:
Vtq; pater nuptæ, cumq; parente domus.
Vt cruor Herculeos abijt diffuſus in artus,
Corpora peſtiferum ſic tua uirus edat.
Qua ſua Penthidem proles eſt ulta Lycurgum,
Hæc maneat teli te quoq; plaga noui.
Vtq; Milo, robur diducere fiſſile tentes,
Nec poſsis captas inde referre manus.
Muneribusq; tuis lædaris ut Icarus, in quem
Intulit armatas ebria turba manus.
Quodq; dolore necis patriæ pia filia fecit,
Vincula per laquei fac †quoq; guttur eat.
Obſtructusq; famem patiaris limine* tecti
Vt legem pœnæ cui dedit ipſa parens.

†comprenſa
*tibi
*tēpli, quidā

DOM. Natus. Meleager ob duos auūculos in apri uenatione necatos in Ata-
B lantæ gratiam, abſumptus eſt, Althæa matre ſtipitem igni ſubijciēte, quæ ſtipitem fatalē habebat. Acceperat enim Meleagrum filium tam diu in humanis futurū, quàm ſtipes ille ſeruaretur. Vt noua. Iaſon ab expeditiōe Argonautica reuertens, ſuſceptus hoſpitio à Creonte, eius filiam Creuſam, ut Dio. et Papin. ſcribūt, ut alij Glaucam uxorē duxit, cōtempta Medea, quæ, ut iniuriā ulciſceretur, naphtā genus bituminis attulit ſponte in corona: quæ eo liquore tincta, remotiſſimum
C ignem ab aris ſacrorum attraxit, immiſſo incēdio domui, & domeſticis omnibus. Alij aliter rem geſtam tradunt, ſed hæc à Pli. hiſto. probatur. Vt cruor. Tunica uenenata membra Herculis correpta ſunt magno cruciatu, quam miſſā à Deianira Lichas attulerat, ut ſuprà dictum eſt. Qua ſua. Butes Lycurgi filius ob patrem ſublatū à Baccho, eius numinis ſacerdotes omnes necauit uarijs & acerbiſſimis ſupplicijs. Vtq; Mi. Milones cōplures fuiſſe, ſuprà eſt traditum: inter quos Crotoniates nobiliſſimus fuit robore lacertorum. quibus fretus, cum lignum ſemifiſſum in ſylua errās inueniſſet, conatus eſt manib. diducere: ſed cuneis exeūtibus, comprehenſis eius manib. in medio conatu ſubſtitit præda feris. meminerunt Ci. & Dio. Munerib. Icarus Erigones pater cum Atticæ colonos uini uſum docuiſſet, illi inuſitato liquore ebrij, uenenum datum ſibi arbitrātes, eum necarūt uno impetu. cuius morte audita, Erigone filia laqueo uitam finiuit. notiſſima fabula eſt hiſtoria ab Hyginio in primis cum pluribus uerſib. tradita. Obſtructus. Tantū erat laudis bellicæ ſtudium apud Lacedæmonios, ut matres filijs in aciem prodeunti-
D bus ſcuta porrigentes hæc dicerent: pergite in his, aut uictores, aut mortui, Euryſthenes cum male pugnaſſet, domum ſempiterno dedecore affecit. qua de cauſa mater indignata, eum clauſum inedia perire coegit.

ZAR. Natus ut alter, Oeneus Parthaonis filius, Calydoniæ rex, ex Althæa Melagrū genuit. Hic Oeneus dijs omnibus ſacra inſtituit, una dēpta Dianæ quā ſeu indignatione, ſi- F ue obliuione prætermiſit. irata autē dea, uaſtiſſimæ magnitudinis aprū in Calydoniam immiſit, qui totā deuaſtabat regionē. quamobrē, ut tanta expelleretur peſtis, rex partem regni ei, qui aprum interfeciſſet, dicitur pollicitus. Meleager regis natus animoſus & uirib. ualēs collecta iuuenum manu, aprū occidere decreuit. adfuit Iaſi quoq; filia Atalāta, quæ in primis telo eum uulnerauit, quo uulnere deinde facile ab omnib. occiſus eſt. Meleager autē Atalātæ forma illectus, feræ caput ei dono tradidit, decus apud
G antiquos maximū. quod ægrè ferētes Plexippus, et Agenor Meleagri auūculi, puellæ caput abſtulerūt. quare ira cōmotus amās Meleager, eos occidit. quē caſum cum Althæa percepiſſet, ſtipitem, in qua filij uita erat, cōbuſſit. nato enim Meleagro, Parcæ ardentē ſtipitem in Althææ conſpectū poſuerūt, aſſirmātes quoad ſtipes ille duraret, filiū eius uita functurū: quem magna diligentia uſq; ad fratrū mortē, ut docuimus, cuſtodiuit. ſic Oui. & Lactā. perhibent. Vt noua Phaſiaca. Medea ab Iaſone ſpreta propter Glaucem, uel, ut alij, Creuſam Creontis filiam, quam uxorē Iaſon acceperat, ut iniuriā ulciſceretur, coronā malefica arte compoſitā exhibuit Creuſæ, uel Glaucæ. qua mortua, unà cū tota domo, occiſis filijs Medo, et Mermero, dolorē ſuū ulta, pēnatis draconib. fugit, & Medeā cōſtituit ciuitatē. Acrō eſt author, et Senec. in tragœdia, quæ Medea nūcupatur. Vt cruor Herculeos. Sæpius Herculis interitū expoſuimus, qui tunica à Deianira uxore miſſa extinctus eſt. Qua ſua Penthidē. Butes, Lycurgi filius, bacchātes mulieres in patris uindictā occidit, cuius obitus iam meminimus. Penthidem dicit, ſiue quia ſimilia Pen-
H theo egerit, ſiue quia nepos Pēthei fuit. nā Pētheus Dryātē genuit, à quo natus eſt Lycurgus, ut à uetere didicimus interprete. Vtq; Mi. Milo Crotonienſis illuſtris athleta fuit, ut apud Gel. in 14. qui cum in locis ſylueſtribus Italiæ iter faceret, quercū proximè uiam patulis in parte media ramis hiantem uidit, immiſſis digitis in hiatum arboris, diducere eum conatus eſt: medioq; iam reſciſſo, Valer. lib. 9. capite 12.

A reſciſſo, ipſe cum manus deduxiſſet, credens iam opus perfectũ, in naturam arbor rediit: & retentis hominis manibus, feris eum præbuit dilacerandum. quod etiam à Valer. Maximo tangitur.

Muneribusq; tuis Leda. Icarus, ut ab Hygino accepimus, cum à Libero patre uini uſum edoctus eſſet, Atticorum fines perambulans, paſtoribus nouum genus liquoris præbuit, quo ebrij exiſtimarunt ueneno ſe potatos. quare Icarum in puteum deiecerunt. eius autem canis Mera dicta, quæ ſemper dominum ſequebatur, domum uenit, ac Erigone Icari filiæ mortis partis ſuſpicionem oſtendit, quam etiam ad locum perduxit. Tanto autem dolore affecta dicitur Erigone, ut ſuſpenſa uita deceſſerit. cui mortuæ canis ſpiritu ſuo parentauit, quos omnes Iupiter miſeratione in aſtra deformauit. Quodq; dolore necis. Erigonen dicit, de qua nunc locuti ſumus. Obſtructusq; famem. Euryſthenes matrem Laconicam nobilem crudelitate dicitur habuiſſe, quæ in bellũ filio prodeũti iuſſit ne domum reuerteretur, niſi cæde hoſtium pollutus. is nequaquã id perſunctus eſt: quare à matre clauſus, inedia ad inferos ſeceſſit, ut uetus docet interpres. E

MICYL. Obſtructusq; famem patiaris, &c.) Ita legendum, non Obſtrictus, ut in quibuſdam habetur. Alij autem etiam pro limine tecti, limine templi putant legendum, quoniam de Pauſania intelligatur, qui in templo Mineruæ χαλκιοίκου obſeſſus fuit. Sed de hoc non anxiè diſputo, quando & Thucydides, περὶ τὸ οἴκημα οὐ μέγα, ὃ ἦν τοῦ ἱεροῦ ἐσελθὼν, inquit, ἵνα μὴ ὑπαίθριος ταλαιπωροίη, ἡσύχαζεν. Scribunt autẽ interpretes Thucydidis, & apud Latinos Aemylius Probus, matrẽ Pauſaniæ, Alcitheã nomine, cũ ille in templum confugiſſet, ephoriq; fores ædiculæ, ubi ille abditus erat, obſtruerẽt, ac tectum demolirẽtur, ut inopia rerum ac fame laborantem hoc pacto conficerent, poſtquam de ſcelere ac proditione filij compeririſſet, primum lapidem ad obſeruandum illum aſportaſſe. id quod hic Ouid. innuit, cum dicit legem pœnæ ipſum parentem dediſſe. Cætera æpud Thucydidem uide, & Probum.

Illius exemplo uioles ſimulacra Mineruæ,
Aulidis à portu qui leue uertit iter.
Naupliadæq; modo ficto pro crimine pœnas
Morte luas, nec te non metuiſſe iuuet.
Aethalon ut uita ſpoliauit Iſidius hoſpes,
Quem memor à ſacris nunc quoq; pellit Io.
Vtq; Melantheum tenebris à cæde latentem,
Prodidit officio luminis ipſa parens.
Sic tua coniectis fodiantur corpora telis:
Sic precor auxilijs impediare tuis.
Qualis equis pactis, quos fortis agebat Achilles,
Acta Phrygi timido eſt, nox tibi talis eat.
Nec tu, quàm Rheſus, ſomno meliore fruaris,
Quàm comites Rheſi, tum necis, ante uiæ.
Quàm quos cum Rutulo morti Rhãnete dederũt
Impiger Hyrtacides, Hyrtacidęq; comes.
Cliniadæq; modo circundatus ignibus atris,
Membra feras Stygiæ ſemicremata neci.

DOM. Illius exemplo. Agamemnõ, mactata Iphianaſſa filia, ſecundos uentos impetrauit à Dianai B cuius indignatione Neptunus mare infeſtum reddiderat Græcis: Sed cum eo ſacrificio cerua pro filia ſuppoſita fuiſſet, dati quidem fuerunt in præſens optati uenti. ſed Diana offenſæ nõ immemor, effeciſſe dicitur, ut à Clytæmneſtra uxore Agamemnon interficeretur. Placet magis legas, Mineruæ, & intelligas de Aiace Oilei, qui ob uiolatam Caſſãdram in templo Palladis deæ naufragium fecit, ut antè eſt dictum ex ſententia & Homeri & Strabonis. Naupliadæ. Palamedes crimine ficto ab Vlyſſe, quod aurum à Priamo in Græcorum proditionem accepiſſet, lapidibus obrutus eſt. Aethalon. Aethalus ab Iſidis ſacerdote necatus eſt. iratum numen ſigna dedit futuri mali in Aegyptios omnes. quod ut declinarent, inſtituerunt, ne quis ex eius familia, qui Aethalon hoſpitem necaſſet, in Aegypto eſſet, aut ullo tempore ſacerdotij dignitatem attingeret. Certæ quidem leges erant, quibus ſacerdotia dari poſſent, ut ſcribit Ioſephus.

G Vtq; Melantheum. Potes inteligere de cuſtode caprarum Vlyſſis, ſed placet intelligas de Codro, qui Melanthei filius fuit, ut Strabo ſcribit & patrem necauit, deprehenſus ab Athenienſibus ad ſupplicium matre indicante, qua una conſcia latebat. Qualis. Dolonem à Troianis miſſum in Græcorum caſtra exploranda captum Vlyſſes & Diomedes tota nocte in quæſtione habuerunt, ſciſcitantes quid apud Troianos ageretur. Is autem uenerat, ut equos Achillis abduceret, quos promiſerat Troianis: ſed noctem illam egit inſomnem magno metu. talem imprecatur Ibidi. Nec tu quam Rhe. Thraciæ rex equos albos Troianis adducebat: qui ſi pabula Troiæ guſtaſſent, in fatis D erat Pergama capi non poſſe. ſed ipſe cum comitibus à Græcis interfectus eſt, cum noctem ageret, magno metu. Quam quos. Niſus, & Euryalus in caſtris Turni Rhamnetem trucidarunt dormientem unà cum multis alijs. Cliniadæq;. Alcibiades cũ F in Phrygia ab Athenienſibus exularet, immiſſis percuſſoribus publico decreto in cubiculo crematus eſt. fuit autem Cliniæ filius. Potes & Clytiadem intelligere filium Clytiæ puellæ dilectæ à Sole, qui radijs Phœbi exutus eſt.

ZAR. Illius exemplo uioles. Aiacis Oilei tangit hiſtoriam, qui inter ſcopulos illiſus eſt, ut expoſuimus. Naupliadæq; modo. Palamedem dicit nõ uulgaris induſtriæ uirum. nam præter 16. literas, quas adinuenit, latrunculorum quoque ludum primus creditur cõperiſſe. author Plin. hic Nauplij G filius fuit, & Vlyſſis dolo à Græcis lapidibus obrutus, ut iam oſtendimus. Aethalon ut uita. Iſidis ſacerdos Aethalon, qui filij concubitum petierat, interfecit. quare cum in eius templo aliorum Aegypti regum imagines collocentur, huius ne ſtatua poneretur, eſt uetitum. uel ſic: Aethalus ſacerdos Iſidis ab hoſpite occiſus eſt: quare Aegyptij Iſidis iram metuentes, inſtituerunt, ne quis ex ea familia ſacerdotium iniret: aut ſacris Iſidis poſſet intereſſe, ut narrat uetus interpres. Vtq; Mel. Melantheus homicidio obnoxius cum latẽret, à matre rei non inſcia, quærentibus eſt manifeſtatus: utq; melius cognoſcerent, lumen attulit: qui captus, capite multatus eſt, ut uetus interpres ſcribit. Alij de Codro intelligentes, peruertunt hiſtoriam. Sic tua coniectis. Ad huius loci interpretationem tres inferiores uerſus pertinent: & Dolona Phrygium taxat. Hic ad Græcorum caſtra exploranda miſſus eſt à Troianis, quibus Achillis equos, Balion inquam, & Xanthum abducere pactus eſt: ſed ab Vlyſſe & Diomede H per noctem captus occiditur: prius tamen Troianorum detectis conſilijs, ut Homer. et Ditis ſcribũt. Ouid. in Heriodibus: Retulit & ferro Rheſum, Dolonaq; cæſos: Vtq; ſit hic ſomno proditus, ille dolo. Nec tu quàm Rh. Strymonis filius Rheſus Thraciæ rex, in Troianorũ auxilia ueniẽs, unà cum comitibus ab Vlyſſ. & ſo-

A & ſocio Diomede occiſus eſt. Dolon, qui equos albos ſecum ducebat: qui ſi Xanthum bibiſſent, in fatis erat Troiam capi non poſſe, ut Maronis carmen teſtatur: Ardentesq; auertit equos in caſtra, priuſquam Pabula guſtaſſent Troiæ, Xanthumq; bibiſſent. Homerus & Ditis hanc copioſius ſcripſere hiſtoriam. Quàm quos cum Rutulo. Niſus Hyrtaci filius, & comes Euryalus in Rutulorum caſtra uenere, ubi Rhamnetem, multosq; alios morti dedere. Tandem & ipſi agniti, occiſi ſunt, ut in nono Aeneidos Virgilius eſt autor. Cliniadæq; modo. Perſicus Clinij filius à ſocijs occiſus eſt, ac ſemicombuſtus, propter auri copiam, quam habebat ſecum, ſi ueteri credimus interpreti. Poteſt quoq; de Alcibiade Cliniæ filio intelligi, qui in Phrygia crematus eſt Lyſandri Lacedæmonij artificio, ut Probus Aemilius tradit. Legitur & Clytiadæ, & Clytiæ filium dicit, qui dicitur radijs ſolaribus exuſtus.

MICYL. Aethalon ut uita ſpoliauit Iſidius hoſpes.) Ita quidem uulgò B legitur. Quanquam autem neque de Aethalo, hoc, neq; de eo qui proximè ſequitur, Melantheo, quicquam certi habeam: ipſum tamen Iſidij nomen ſuſpectum hunc uerſum mihi facit. B Nam ſi ab Iſide deriuatum ſit, ut quidem Commẽtatoribus placere uidetur, prima longa ſyllaba, ſequente breui ponendum fuerat. Ita enim apud cæteros pleroſq; omnes inuenias. Lucanus lib. 6. Labitur auectæ pater Iſidis, & tuus Oeneu. Iuuenalis ſatyra 3. Aut apud Iſiacæ potius ſacraria lenæ, &c. Quod quanquam non magni ita momenti eſt, annotare tamen libuit, ſi fortè amplius cogitandi occaſio alicui hinc præbeatur. Cliniadæq; modo, &c.) Ita legendum, non Clitiadæ. Nam in hoc etiam ſyllaba, quæ in Clitius (ſiue Clytius ſcribas) prima eſt, corripitur. Cliniades autem Alcibiades intelligitur, cuius pater Clinias dictus fuit, ut Plutarchus & cæteri tradunt. Perijt autem in oppido quodam Phrygiæ, circundata domo, in qua erat, ignibus, cum ij qui à Pharnabazo ad interficiendum illum miſſi erant, ferro aggredi non auderent. autores Plutarchus & Aemylius. F

Vtq; Remo muros auſo tranſire recentes,
Noxia ſint capiti ruſtica tela tuo.
Deniq; Sarmaticas inter, Geticasq; ſagittas,
His precor ut uiuas, & moriare locis.
Hæc tibi tantiſper ſubito ſunt miſſa libello,
Immemores ne nos eſſe querare tui.
Pauca quidem, fateor: ſed dij dent plura rogatis,
Multiplicentq; ſuo uota fauore mea.
Poſtmodo plura leges, & nomen habentia uerum,
Et pede, quo debent acria bella geri.

DOM. Vtq; Remo. Remus cum præter fratris edictum muros Romæ inchoatos tranſcenderet, à Fabio Celere necatus eſt. Celer autẽ officij nomen eſt. Nam Romulus ſatellites ſuos Celeres appellauit. Autores ſunt Plutarchus, Liuius, & Dionyſius.

ZAR. Vtq; Remo muros. Narrat in primo ab urbe condita Liuius, Remum in contentione augurij ictum in turba cecidiſſe. Deinde ait: Vulgatior fama eſt, ludibrio fratris Remũ nouos tranſilijſſe muros, inde ab irato Romulo, cum uerbis quoque increpitans adiecisſet, ſic deinde quicũq; alius tranſiliet mœnia mea, interfectum à Celere centurione raſtro. Ruſtica tela: quia ruſtici tum Romani erant, isq; centurio, à quo Remus eſt occiſus. Deniq; Sar-

C maticas inter, Geticasq; ſagittas. Sarmatæ, quos Græci Sauromatas uocant, Borealem regionem incolunt, exilem ac tenuem, alioquin fœlicibus refertam arboribus, ab Amazonibus oriundi, ut Herodotus tradit. Tanta ijs eſt barbaries, ut pacem non intelligant. Sagittis in bello uti ſolitos accipimus, ſicut & Getas, qui à Romanis (teſte in quarto Hiſtoriarum Plinio) Daci nuncupantur. Thraciam incolere dicunt eodem in loco, Plinio autore. quorum ſæuitiem in libro de Ponto Ouidius memorat, cum ait: Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe. Hæc tibi tantiſper, interea. etſi ferè poſt ſe poſtulet dum, pro donec, ſiue quamdiu, ut doctorum grammaticorum eſt ſententia. Subito ſint miſſa libello, Immemores ne nos eſſe querare tui. Solent homines, cum à patria abſunt, quamprimùm ad amicos literas dare, ut inde ipſorum oblitos non credant. Quare nunc Poeta inquit: Mitti-

D mus tibi has noſtras imprecationes ſubitò, ne credas me iniuriæ oblitum. Quare in principio operis dixit, Sic ego te nondum ferro iaculabor acuto: & quæ ſequuntur, ad octo uerſus. Querare. Queror deponens abſolutum, ſine diphthongo, idem quod lamentor ualet, ut hoc loco. unde queſtus quartæ inflexionis, pro lamentatione accipitur, cuius datiuus & ablatiuus pluralis eſt queſtubus, ut portubus. Quæro autem, cum per diphthongũ ſcribitur, à quo multa cõponuntur uerba, notiſſimam habet ſignificationem, quam docti pariter & indocti tenent. unde quæſtus, id eſt lucrũ deducitur, qui in datiuo et ablatiuo plurali quæſtibus facit.

Pauca quidem fateor. ſubaudiendum, miſſa à me ſunt. Sed dij dent plura precanti, roganti. Precor, cum merum poſt ſe accuſatiuum habet, eſt idem quod rogo: cum uerò datiuo adiungitur, eſt idem quod imprecari, hoc eſt optare alicui, deos precando, bonam fortunam, aut malam, quemadmodum apud autores obſeruauimus. de quo uerbo diſſerit Gellius in Noctibus Atticis. G

Poſtmodo plura leges. intelligendum, quàm iſta, quæ nunc mittimus. Et nomen habentia uerum: non autem quemadmodum in præſentia ficto nomine Ibidem appellamus. Et pede, quo debent acria bella geri. Carmine Iambico utimur ad maledicentiam propriè, ut in principio docuit Poeta, ubi dicit: Poſtmodo ſi perges, in te mihi liber Iambus Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit. & nos quoque in commentario abundè explicuimus. Acria, ſeuera. Acre multas habet ſignificationes, ut Nonius Marcellus docet, inter quas acre pro ſeuero exponit.

Bella. Bellum & prælium ita inter ſe differunt, ut bellum dicatur tum ipſa pugna, tum totum tempus, quo in militia ſumus: prælium ipſum tantummodo armorum certamen. Geri, fieri. Gerere, habere, ferre, & ut hic, facere, teſte Nonio. Et gerrones, nugatores nuncupant. & gerræ, nugæ, ſicuti Seruius & Nonius Marcellus tradunt, non à gerendo, nam geminat r: ſed à H gerra, quod eſt cratis genus: quod cum ſibi poſcerent Syracuſani proſcutis illuſi, tamen nomen dederunt nugacibus.

FINIS.